

RODERICI AFONSECA

In Tertium Aphorismorum Commentaria.

PRÆFATI O IN SEQUENTEM LIBRUM.

In. cito.

A

NTEQUAM ad Textus explicationem deveniam, opere pre-
cium est, quædam præmittere ad ejus lucidiorem intellectum.
Dicendum itaque, quæ sit auctoris intentio in eo, quæ utilitas,
quæ difficultas, & denique, in quas partes distribuatur.

Intentio Hipp. in hoc Libro, est breviter explanare, quam vias
tempus, & ætas ad morbos procreandos habent: mutatio enim,
quæ per hæc duo fit, non modò procreandi morbos, sed & solvendi eos potissi-
mum, potestatem admirabilem habent: igitur ponuntur in consideratione in hoc
Libro, non solum morbus epidemius, sed & sparsim vagans, quatenus vel tem-
pus, vel ætatem respicit.

Utilit. Utilitas hujus Libri ea est, si quæ maxima ex alio Hipp. libro haberi possit: cum
enim ex his morbus, non solum unius particularis hominis, sed totius provinciæ,
tum dignoscere, tum prænoscere, tum præcavere, tum curare Medicus facile pos-
sit, neque hac ipsa re, in medicina, reperiatur aliquid præstantius, sequitur, ut

Lib. de ser. C agnis. utilissimus sit liber, proinde de his scribit Hipp. Qui hæc probè noverit auctorum
plurima, eum non latere, cum in urbem ignotam venerit, neque morbos regio-
nis peculiares, neque communem regionis naturam, ut in cognoscendis morbis
dubius hæreat: ac præterea uniuscujusque temporis, & anni constitutionem per-
discere posse confirmat, quique morbi communi affectione civitatem sint invalui-

z. prog. quam cognitionem temporum, divinam rursus existimavit Hipp. vel ipso Gal. teste,
In pro. & quam propterea in Prog. omisit; quia ad hunc librum eam servaverat.

Veluti magnum emolumentum affert hæc doctrina, & ut pulcherrima est, ac di-
vina: ita etiam difficillima: nam traduntur hic per capita quæ longa experientia
in Epid. Lib. scriptis Hipp. & quæ diffusæ, lateque in Lib. de Aere, & Aq. literis
prodidit: Adde, demonstrationem eorum, quæ hic traduntur, adeo difficilem
esse, quod putaverint Antiqui, eorum nullam afferri posse: sed per experien-
tiæ tantum confirmatam hic produci, & proponi. Siquidem morbi, qui ex aere
pendent, non solum ad manifestas qualitates referuntur, sed ad ventos, & astro-
rum mutationes, & occultas qualitates.

Divisio Secatur hic liber in duas partes: in prima de morbis agit, quatenus sequuntur
ad temporum mutationes: In secunda verò ea ratione, qua mutationem ætatum
insequuntur.

Ceterum in hujus libri explanatione, & in subsequentibus quoque eum doctri-
næ modum servabo, quem in duobus precedentibus servavi: & quamvis difficile
sit in his demonstrationem invenire, enī tamen ex ipsis Hipp. doctrina confir-
mationem eorum, quæ hic scribuntur, invenire.

APHORISMUS I. Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, &c.

HIC Aph. cum sit primus in ordine, & non habeat antecedentem, non facit Connexio
lē est invenire ejus dependentiam. Cum tamen Hipp. in præcedenti Libro xii.
damnaasset repentinās, & magnas mutationes, & temporis mutatio ex his sit, ideo apb. 50
proponit quasi in exemplum id ipsum in hoc Aph. 51

Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & quo majores fuerint , Intentia
eo magis.

Ut demonstret inter cæteras causas corpus nostrum immutantes, primas obti- Ratiō
nere aerem, quare maximè formidandum esse, & ex industria præcavendum. intentio.

Bifariam dividitur Aph. In prima ponit conclusionem magis universalem: In Divisiō
secunda vero magis particularem, in qua etiam explicat, quarum rerum mutatio aerem alteret.

Illud potissimum morbos parit, quod majorem vim habet alterandi corpora.

Sed temporum mutatio majorem vim habet alterandi corpora. Ergo Demosf.

Temporum mutatio potissimum morbos creandi vim habet.

Major per se patet: morbus enim non fit, nisi corpore mutato.

Minor probatur multipliciter; nam aer continuò nobis præfens adest; Idem per successionem novus semper adest. Et quia intus, & extra operatur, & quia cibos transmutat, & quia materia est spirituum, hinc fit, ut aer inter cæteras res non naturales mutandi corpora maximam vim habeat: & licet Arist. in Probl. scribat graviorem mutationem aquæ, quam aeris, id tamen ita intelligendum est, ut major in minori terræ spatio sit mutatio in aqua, quam in aere, at in universum vera est sententia Hipp.

Secunda conclusio ex prima deducitur: nam si mutatio temporis morbos præcipue parit, & frequentius, quam cæteræ causæ morbificæ; ergo magnæ in illis mutationes maximè morbos parient, seu illæ mutationes secundum primas qualitates siant, seu secundas, seu alio quovis modo.

Quod mutatio temporum duplicitur consideratur: altera ratione ejus, quod 1. adū
mutatur: altera verò ratione illius, quod mutat. Rursus mutatio, primo modo duplex est: vel naturalis, ubi tempora sibi invicem succendentia, qualitates suas servant; vel fortuita, & præter naturam, cum peregrinas habent qualitates, seu id in una anni parte, seu in pluribus, vel etiam in toto anno fiat. Iterum, naturalis temporum mutatio quædam est mediocris, ut in regione temperata, alia magna, quæ in regione intemperata succedit, qualis regio est ad Aquilonem vergens, quæ quidem & hyemes, & calores habet fortes, ut scribit Hipp. de Aere, & Aquis. At si consideretur mutatio ratione ejus, quod mutat, multis modis id contingere potest in aere, vel secundum primas qualitates, vel secundas; vel secundum tranquillitates, & ventos; vel serenitates, & nebulas, vel secundum influxum stellarum, seu totius substantiæ corruptionem. Quovis modo mutationes aeris intelligas dico potissimum parere morbos: & illud est, quod explicavit Hipp. in fine Aph. nominans frigus, & calorem, & cæteras ad proportionem mutationes: nam si comparentur ad viatum, exercitium, & reliqua, potentiores sunt ad morbos, & si mutatio fuerit magna, magnos; si parva, parvos, si mediocre, mediocre pariet morbos; & si fuerit præter naturam, magis, quam naturalis, & quo major, inæqualior, ac frequentior, eo etiam magis.

Quod temporis mutatio Astrologis potissimum est per æquinoctia, & solsticia, 2. adū
quas etiam maximas Hipp. arbitratur, attamen divisio, quæ fit per Solem non est

ita accomodata, sicut, quæ consideratur per ortum, & occasum syderum magnorum. Ver itaque Hipp. ac Medicis est ab æquinoctio verno ad Plejadum ortum. Æstas ab ortu Plejadum ad arcturi ortum, quæ duas partes habet; prima ad Caniculam extenditur, secunda ad ortum Arcturi. Autumnus est ab Arcturi ortu ad Plejadum occasum, & Hyems à Plejadum occasu ad æquinoctium vernum, quod tempus habet tres partes, fæmentem, brumam, & insertionem. Itaq; Medicis Ver ad duos menses fere extenditur, sicuti Autumnus, at Hyems, & Æstas ad quatuor. Hæc divisio accommoda est valde, tum ad Epidemia Hipp. intelligenda, tum Medicis ob manifestas in illis alterationes aeris.

Adn. Quod mutatio temporis naturalis, magis solvit morbos, quam pariat; at ea quæ præter naturam est, magis parit, quam solvit, quia naturale conservat, at quod præter naturam est laedit: parit vero morbos naturalis temporis mutatione per accidens, quatenus corpora ferit diverso modo disposita: nam sicuti ver sua natura salubre, si corpora pura inveniat, conservat; impura expurgat, quantum in se est, ita naturalem mutationem temporum ad ea se habere arbitrandum est.

APHORISMUS II. Naturarum quædam ad hyemem, &c.

Connexio. **C**UM in antecedenti sententia statuisse Hipp. mutationes temporum morborum feraces, nunc, quæ potissimum sint illæ mutationes, docet.

intent. I Ex naturis, quædam ad Æstatem, quædam vero ad Hyemem, bene, vel male se habent.

Ratio intent. Ut ostendat, quæ inter mutationes temporum præcipue pariant morbos, eam scil. quæ ad Æstatem, vel ad Hyemem pertinent; necnon, ut doceat temporis mutationem, non solum dignandi, sed etiam solvendi morbos potestatem habere.

Divisio Demos. Aph. unam habet, eamq; brevem conclusionem, quare divisionem non admittit.

Hyems, & Æstas sunt contraria. Ergo

Ex naturis, quædam ad hyemem, quædam ad æstatem bene, vel male se habent.

Antecedens est manifestum: nam hyems frigida est & humida: Æstas autem calida, & sicca. Consequens manifestè deducitur: nam nec una natura potest eodem modo se habere ad contraria tempora; nec contrariae naturæ ad unum tempus, sed si ad alterum bene, ad alterum male se habeant est necesse.

Adn. Quod natura multis modis dicitur apud Hipp. Primo modo dicit quatuor elementorum temperiem, seu simplicem, seu compositam, sive illa sit temperata, sive à temperie declinans, seu in toto, seu denique in parte corporis consideretur: qua ratione Lib. de Nat. Hum. describitur. Secundò natura dicit calidum innatum, quod præcipue & maximè natura est, de quo verba fecit 1. Aph. Hyeme pronuncians, ventres natura calidissimos esse. Tertiò natura significat structuram corporis, & illam dispositionem, quæ ad partes organicas pertinet, magnitudine, figura, numero, & situ præscriptam, quam corporis habitum Hipp. solet appellare. Quartò natura dicit aggregatum ex omnibus his: qua ratione scripsit idem Auctor, naturam nostram constare ex congrua spiritus, humorum, caloris, virtutis, & aliorum omnium compage. De quibus omnibus significatis præsens sententia verè dici, ac prædicari potest, ut in sequentibus adnotationibus planum fiet.

Adn. Quod si natura primo modo sumatur, ut dicit temperiem, seu illa sit optima, ut in optimè salubri corpore, seu ad justitiam pro cuiusque sanitate propria, dico, quod utroque modo bene, vel male se habet ad hyemem, vel æstatem: Temperata itaque natura bene se habet ad tempus vernum, quod ad temperiem maximè accedit, male vero ad hyemem, vel æstatem. Intemperata natura, si parum excedit,

cedit, bene se habet ad similia, quia servatur; si excedit, male ad similia, bene verò ad contraria tempora. Sed dices: Leones calidissimi sunt, & bene se habent ad similia, regionem scil. calidissimam, & in alia frigida valde non viverent: ergo determinatio prædicta falsa esset. Dic (non sicuti quidam, quod quo ad conservationem bene se habent semper ad simile, non quo ad correctionem, subtilius, quam verius) sed dic conservari calidissimas naturas in calido tempore, & regione; primò ob assuetudinem; secundò ob formam, quae supra natura illum excessum requirit: Secus de homine, qui cum temperatus sit, maximè ad hyemem, vel æstatem mutatur. Quare dic, ut solvas argumentum, quod non comparat solum naturas ad tempora, secundum qualitates primas: sed secundum alias rationes, ob quas fieri potest, ut calidum valde, in calido magno servetur, non absolute, & simpliciter.

Quod si natura dicat innatum calidum, hac ratione quoque verum est hoc, 3. Ad-
tut calidum bene, vel male se habet ad hyemem, seu æstatem: in corporibus e- nos.
nim quadratis, & carnosis, bene se habet ad hyemem, quia dissipatur, in gracili-
bus, & exsanguibus male ad hyemem, quod vincatur à frigido, bene ad æsta-
tem, quia foveatur, & augetur.

Quod si *natura* sumatur in tertia significatione, ut corporis dispositionem signi- 4. Adn.
ficat, dico quod gracilis habitus, & rarus, bene se habet ad æstatem: male au-
tem ad hyemem: quia in illa servatur calor eorum, vincit autem in hyeme: At
densi habitus homines, etiam si frigidissimi, ad hyemem bene se habent, non pe-
netrante eorum corpora frigido: quare Gal. scriptit non valere argumentum: hic Gal. li.
læditur à frigido; ergo frigidus est: quia potest esse calidus, sed raræ texturæ; art. me.
nec contra, si quis à frigido non lædatur: ideo calidæ naturæ esse, quia potest esse
densi habitus, ut non facile penetreret in eis frigiditas. Ita etiam, qui dispositio-
nem ad tabem à natura habent, male se habebunt ad hyemem, & autumnum;
qui ad podagrum, ad ver, & autumnum; eò enim tempore exacerbatur dolor.

Quod si natura dicat totam corporis massam, ut omnem constructionem no- 5. Adn.
stram respicit, omne corpus bene se habebit ad ver, male autem ad autumnum;
at ad hyemem, vel æstatem indifferenter; in universum enim ista tempora, quia
valde excedunt, lædunt omnia corpora; attamen minus contraria; proinde ad
sanitatem conservandam, necesse est, ut aeri hyemali, & æstivo nos opponamus,
seu per unam ex quinque aliis rebus non naturalibus æque intentam, seu per omnes
in minori intentione, quod magis placet Hipp. & Gal. Lib. Artis Medicæ.

Quod lis est, an conducat magis totum annum temperatum, sicut ver; an po-
tius melius sit temporum varias esse mutationes, & contrarias? Dic in universum, 6. adn.
necessarium esse contrariorum vicissitudinem; sed quo minor est, & frequentior,
præstantior; ut sub Äquinoctiali; nam ibi octo mutationibus terra fertilissima
est; & in Asia scriptit Hipp. ob temporum æqualitatem omnia esse grandiora, &
pulchriora; Attamen valida contrariorum mutationes, licet simpliciter non sint
meliores, ad robur tamen, & fortitudinem, & audaciam magis desiderantur,
quare fortissimas gentes scriptit Hipp. hyemes, & æstates habere validissimas, Lib. de
regiones habitare asperas, & montanas, ventis validis expositas; Regio itaque aer. &
temperata illa est, in qua, neque ob frigiditatem horremus, neque ob calorem aquis.
exsudamus, aut varii sumus; intemperata vero contraria habet.

APHORISMUS III. *Morbi quoque alii, ad alia beneficia.*

Conne- **A** DEO pendet ista sententia à superiori, ut ferè unum cum illa efficiat Aph.
xvi. Cumi itaque comparasset in antecedenti naturas ad tempora; modo ad ea ip.
sa tempora, locos, victus, morbos, ac ætates comparat.

Morbi, & ætates, diversimodè se habent ad tempora, loca, & victus.

Intent. Ut non solum res naturales (quod supra factum est) sed etiam morbos, qui
Ratio sunt præter naturam, invicem comparet ad tempora, regiones, & victus, unde
inveni. colligat Medicus, tum ad conservandam sanitatem, tum ad pellendos morbos,
magnam vim habere tempus, ætatem, & regionem.

In duas partes partiri potest ista sententia; ut in prima comparet morbos ad anni
Divisio tempora; in secunda ætates ad loca, & victus genera.

Anni tempus, locus, victus contrarietatem in se habent.

Demo- Ergo: Morbi, & ætas aī ea diversimodè se habent.

strati. Antecedens patet: temporum enim, & locorum, ac victuum quædam calida;
alia frigida, alia sicca, alia verò humida sunt; adde eandem contrarietatem in
secundis qualitatibus eorum reperiri. Consequentia manifestè sequitur: unus e-
nim morbus, vel ætas ad contraria diversimodè se habeat necesse est.

1. Adn. Quid morbus quatuor modis potest comparari, ad anni tempora, regiones, ac
victus; primò quoad generationem; secundò quo ad periculum; tertìo quoad
brevitatem; quartò quoad solutionem: Primo modo, morbus male se habet sem-
per ad simile; morbi autem nomine ægrum intelligo; secundo modo, melius se
habet ad simile, juxta illud: *Minus periculosè ægrotant à morbo proportionali tem-*
2. apb. *pura homines;* tertio modo, melius se habent omnes morbi ad æstatem, quia eo
apb. 3. tempore omnis morbus brevior est, ut quartanæ exemplo Hipp. demonstravit; At
2. apb. *apb. 25.* quarto modo considerati morbo correpti, omnes bene se habent ad contraria, ma-
le vero ad similia, ideo morbos hyemales sanari ad æstatem, autumnales vero ad
de nat. ver, protulit Hipp.

bomin. Quid si comparentur morbi ad regiones, eadem ratione invicem se respiciunt;
2. Adn. habent autem regio unaquæque suos peculiares morbos ratione situs ad Solem, ac
ventos, seu ratione aquarum, & victus, qui Eudemii Græcè dicuntur, ut Floren-
tiæ, Apoplexiæ, Jenuæ Phthises, Romæ Nephritides, ac pestilentes febres.
Hic vero dices; Aer Patrius similis est, & tamen magis curat morbos, quam con-
trarius. Dic, id per accidens contingere, ratione scil. consuetudinis, & naturæ,
qua similia indicant, unde major sit juvamentum, quam à contrarietate aeris.
Iterum si morbus comparetur ad victum, non diversa ratione id efficies, & si ali-
quando similia sanant, ut piper, vel cæpa febrem, id à contrarietate fit multa,
seu sympathia quam plerumque ignoramus.

Altera Quid ætates cum sint secundum naturam, ideo fit, ut bene se habeant ad simi-
adnot. lia, quæ temperatæ sunt, ad contraria veò, quæ intemperatæ, quare infra pue-
ri, & adolescentes, vere, & prima æstate bene se habent, ac valent maximè,
apb. 18. Æstate autem, & ad autumni partem senes; Reliquo tempore, & hyeme, me-
diæ ætatis homines. Ætas autem puerilis, licet humida sit, similia poscit, &
tempore, & regione, & victu, quia ei humiditas nativa est, & necessaria ad
augumentum, vel quia talem temperiem, temperatam existimarent Antiqui, &
Lib. de Hipp. pueritiam ex calidis, & humidis temperatam appellat, ætas autem senilis,
dætra. licet frigida, & sicca, quia vita repugnat talis temperies, bene se habet ad victum
calidum, & humidum. In prima autem intentione, cum ætas sit res naturalis,
similia exposceret: Hipp. tamen per contrarium victum regit ætates, quia rispcit
tutio rem

tutiorem vietum: nam à natura, & æstate, quantumvis temperatis, sumi debet indicatio ad similia, cum de ratione naturæ sit conservatio, non reductio, aut curatio.

Quòd aer duplicitate nos immutare solet, & ut alimentum, & ut refrigerans; ^{4. Ad-} primo modo similis esse debet nostræ naturæ, secundo verò contrarius: & hoc il-

^{not.} lud est, quod scripsit, omnia membra simile trahere alimentum, pulmonem verò contrarium, quam contrarietatem ita exponit Cardanus esse intelligendam, ut si *Lib. de corpore calidum sit*, aer debeat esse frigidus, si verò frigidum, calidus. At dices: *alime-* si in frigido corpore requiritur aer calidus, cor non refrigerabitur. Sed non se- quitur, quia cor cum sit calidissimum, omnis aer, in quo vita consistit, respectu cordis; refrigerandi vim habet. Adde, aerem non solum refrigerando, sed ven- tilando calorem cordis tueri.

Quòd mens Hipp. in his duobus Aph. est comparare ad invicem res naturales, ^{5. Adm} non naturales, & præter naturam: ideo cum naturas, & ætates ad tempora, lo- ca, & victum comparat, vult nos supplere reliqua: somnum scil. & vigiliam, ex exercitium, animi accidentia, & reliqua: ex qua comparatione, magna remedia ad morbos curandos, & valetudinem tuendam sumuntur: mirum enim est, quan- tum aeris matatio, regionis, victus, ætatis, conferat Tabidis, Epilepticis, Hydropicis, aliisq; hujus generis desperatis affectibus.

APHORISMUS IV. In temporibus, cum eodem die modò calor, modò, &c.

NEKTITUR cum præcedentibus non contemenda ratione; dictum enim est ^{Connec-} ^{XII.} temporis mutatione in potissimum morbos parere, cumque id dupliciter con- tingat, aut secundum propriam cujusque, vel alterius temporis naturam, ideo, assumens in exempla autumnum, hinc rem docere intendit.

Cum eodem die, modò calor, modò frigus, autumnales morbi expectandi. *Intent.*

Ne quis admiretur, si in uno tempore, ut in vere, vel æstate, autumnales ^{Ratio} morbos fieri videat: nam omnes morbi, ut infra dicetur in omnibus temporibus *intend.* fieri possunt, idque hinc fit, cum alterius temporis naturam assumperint, quia tempora non pariunt morbos, nisi ob qualitates, quæ in ipsis sunt.

Frustra queritur divisio in tanta Aph. brevitate.

Tempus non parit morbos, nisi quia aer alteratur.

Ergo

Divisio
Demō.

Cum eodem die modò calor, modò frigus est, autumnales morbi expectandi. *frat.*

Antece lens declaratur, quia, ut recte docet Gal. non alia ratione tempus pa- rit morbos, nisi quia mutatur aer in qualitatibus.

Consequens deducitur: quia qualitas autumni est, ut mane, & sero, urgeat frigiditas, in meridie autem calor: ideo, cum aliud tempus talem inæqualitatem habebit, autumnales morbos gignet.

Quòd quatuor anni tempora suas habent qualitates, quatuor elementis respon- ^{1. Adm} dentes: Ver itaque calidum est, & humidum; Æstis calida, & siccæ; Autum- nus frigidus, & siccus; Hyems frigida humida: Cum itaque ita se habent ista tempora, suas servant naturas; quare peculiares sibi, ac proprios morbos creant, de quibus infra: at cum alterius temporis naturam assumunt, morbos illius gi- gnunt. Hoc est igitur, quod nunc docet Hipp. assumens in exempli autumnum ipsum, ut & de cæteris id intelligamus: nominavit autem magis autumnum; quia quando reliqua tempora suam mutant naturam, facile autumnalem assumunt; Non solum autem illius temporis morbos expectare oportet, cuius dominatur qua- litas, sed & solutiones easdem morborum, juxta illud; Cum æstas est similis ve- ri, sudores in febribus multos expectare oportet,

Quòd

s. Adn. Quòd causa inæqualitatis aeris in autumno provenit ex illius levitate, qui facile ideo recipit mutationes: quamobrem aquam levissimam scripsit, quæ citè calecit, & frigescit; ideo sit, ut ob frigiditatem matutinam, & nocturnam facile frigeat, ob calorem meridiei caleat. **Adde**, inæqualitatis causam esse vim Solis occultam (Arist. in Problem.) vel ventorum varietatem, seu quod terra in autumno: recessente Sole: facile reddit in suam frigiditatem nativam; quam aeri communicat, quæ causæ in vere ipso locum non habent.

3. Adn. Quòd autumnales morbi describuntur vigesimo secundo hujus, quartanæ febres, ac erraticæ, lienis tumores, hydrops, tabes, aliquique graves morbi, qui vel citè occidunt, vel diu afflidunt corpora, unde mox acutissimos scribet, & perniciosos autumni morbos, & incerti perinde judicii. Nota hic non solum morbos gigni in temporibus secundum illorum naturam vel propriam, vel alterius temporis, sed etiam ratione temporum præcedentium ad subsequentia: primæ mutationis morbos refert inferius ab Aph. XX. ad XXIV. secundæ hic in VI. in VII. XV. XVI. at tertia mutationis exempla ab XI. ad XV. scripsit.

APHORISMUS V. Auster auditum hebetat, &c.

Connex. **C**UM in primo Aph. mutationes temporum non solum secundum primas qualitates, sed alias etiam, vi puta ventorum, & serenitatum proposuisset, cumque de illa, quæ frigoris, & caloris est, in antecedenti dixisset, nunc ad illam accedit, quæ ventos respicit.

Intent. Duplex conclusio intenditur; prima ad Austrum pertinet, qua dicitur, Austrum in ægris auditum hebetare, gravare caput, oculos obscurare, membris languorem inducere. Secunda conclusio ad Boream spectat, qui tusses movet, fauces inasperat, alvum indurat, urinas movet, horrores incitat, lateris, & pectoris dolores facit.

Ratio Multiplex scopus est; Primo, ut moneat Medicum, ne mala, quæ à causa extinent. terna in ægris accidunt, confundat cum iis, quæ ratione morbi fiunt, quæ res magni ad prædictionem est momenti: Secundo, ut doceat unico peculiari duorum ventorum exemplo omnium aliorum naturam; nam reliqui venti, prout magis, aut minus ad hos accedunt, ita alterandi corpora nostra vim habent; Tertio, ut demonstret, inter omnes ventos, hos duos maximam mutandi corpora nostra vim habere.

Divisio In duas partes secatur Aph. juxta duas conclusiones; quarum prima continet Austri effectus; secunda verò ipsius Aquilonis.

Demonstrat. Ventus ille, qui habet facultatem calefaciendi, & humectandi, auditum hebetat, caput gravat, &c.

Sed Auster habet facultatem calefaciendi, & humectandi. Ergo

Auster auditum habet, caput gravat, oculos obscurat, & languida efficit membra.

Major probatur: si quidem illæ duæ qualitates maximæ repletionis causa sunt in capite, & nervis; præcipue cum humiditas exuperat, ut in Austro; adde, aereum offuscare, & densare medium ad videndum, & audiendum, unde omnes predictæ passiones veniunt. Minor ex natura illius venti declar. omnia enim non solum de lum, quæ sub Luna sunt (auct. Hipp.) sed & Cœlum, & Stellæ hunc ventum sensim, & ex fiscis humida fiunt, & ex claris obscura, & ex frigidis calida.

Facr. Qui ventus vim habet refrigerandi, siccandi, & penetrandi, tusses movet, demissæ fauces exasperat, alvum indurat, &c.

Attalis est Aquilo, seu Boreas.

Ergo

Omnia praedita efficit.

Minor de se clara est: Major probatur: ex eo enim, quod frigidus penetrans, ac siccans, tusses movet, & fauces exasperat: frigidum enim pectori inimicum, & siccum exasperandi vim habet, alvum indurat, tum siccando, tum calorem consumentem augendo, tum anum coartando, urinam suppressit astringendo, debilitando: horrores excitat, quod frigidus, pectoris ciet, doores ideo præcipue, quia pars est exanguis, astricta calidis visceribus, admodum se filis: & quia refrigerando exprimit a cerebro, & fluxus generat, quos facilè pectus refrigeratum recipit, unde pleuritides.

Quod ventus ap. Arist est motus siccæ exhalationis factus in aeris frigiditate . 1 Adn. Hipp. autem eum appellat aeris undam, & fluctum, quarum sententiarum utramque ita tueri possumus: si dicamus, exhalationem venti causam esse; & principium, attamen, quia secum aerem movet, & major pars mobilis, aer sit, ideo facta à majori denominatione dicitur motus aeris.

Quod de qualitate venti in communi eadem est controversia: nam si materia Altera venti exhalatio est siccæ, & calida, ut inquit Arist. sequetur, ut qualitas venti de- anima beat esse calida, & siccæ: at Hipp. docet, omnem ventum habere vim refrigerandi, & humectandi: quia ex nive, & glacie, fluminibus, & lacubus exoriuntur. Diluitur tamen sic ista difficultas: Ventus ratione materiæ, & efficientis deberet calefacere, & exicare; attamen, (quia major est copia vaporis frigidi, & humili, qui cum ea miscetur) dic, frigefacere, & humectare magis, vincentibus iis qualitatibus. Secundò refrigerat ventus semper, saltem ea ratione; quia aerem congruum removet à corpore, alterum inducens frigidum: sed cum exhalatio, & vapor, facile alterent, & recipient qualitates; tunc fit, ut venti ratione locorum, per quos transeunt, varias acquirant qualitates, & modò refrigerent, modò calefiant, humectent, & exsiccent, sanitates conservent, aut corruptant; pluvias, aut serenitates inducant.

Quod venti multi numerantur, octo tamen præcipue describuntur: quatuor 3 Adn. principales, quatuor reliqui collaterales. Principales sunt, Boreas, Auster, Oriens, & Occidens, secundarii collaterales; omnium in exemplum assunit Hipp. duos ventos præciuos, & maximos: Austrum calidissimum, humidissimum tardissimum. Boream frigidissimum, siccissimum, violentissimum; per quos de aliis ventis conjecturam facere licet, quatenus ad hos accedunt.

Quod tam Boreas, quam Auster in ortu suo frigidus sunt, & eam qualitatem in. 4 Adn.ducunt: Auster transiens per calidam regionem Africæ, & maris, caliditatem madv. acquirit, & humiditatem. Aquilo autem, quia non longè à nobis efflat, suam servat naturam: est autem omnium ventorum saluberrimus, sicut Auster iis, qui Antarctic accedunt, nobis tamen contrarius est Auster, qui duplex est, alius cum pluviis, & humidus; alius autem cum squalore: unde 1. Epid. siccitates vocat Austrinas: est tamen semper humidus potentia.

Quod venti non solum manifestis qualitatibus nos afficiunt; sed occultis, & 5 Adn. malignis; nam seu animalium mortuorum deferens halitum, seu ex hiatibus terra, montiumve divisionibus effletur aura maligna, seu impressione syderum infectetur, magnas calamitates mortalibus afferre solet,

APHORISMUS VI. *Cum æstas fit verisimilis, &c.*

Connexio. **C**UM in IV. Aph. dixisset morbos autumnales quovis alio tempore fieri posse, si servet autumni qualitates, nunc docet, quoad solutionem morborum idem contingere.

Intent. Cum æstas fuerit verisimilis, sudores in febribus multos expectare oportet.

Ratio. Ut demonstret morborum tempora, non solum ad gignendos; sed etiam solent vendos morbos vim habere, & quando maximè per sudorem.

Divisio. Non est hic necessaria, ob sententiæ brevitatem, partitio.

Demonstratio. Quo tempore maximè vigeant sudores, eo illos in febribus expectare oportet. Sed cum æstas fuerit verisimilis, maximè vigent causæ sudoris. Ergo

Eo tempore sudores in febribus maximè expectare oportet.

Major de se nota est. Minor probatur: nam sudoris causa efficiens calor est, materia humiditas: prima, æstate dominatur: secunda ex supposito conceditur: ergo in æstate humida, maxime vigent causæ sudoris.

Adnot. Quod sudoris, & urinæ eadem est materia: est enim utrumque ferous excrementum, ut ina tamen hepatis, sudor membrorum: Causa efficiens calor est, qui transmutat aquosum humorum in vaporem, ille autem ad cutim perveniens densatur, & fit rufus aqua. In sanis itaque sudoris materia aquosum est excrementum membrorum, in ægris autem bilis, vel pituita attenuata: unde Hipp. naturam admirans laudat, quæ per occultos corporis meatus humorum calidorum exhalationem perficit.

Adn. Quod sudoris differentiæ, vel quantitate determinantur, unde multis, paucus: mediocris, vel qualitate, & istud dupliciter; prima, unde dicitur calidus, aut frigidus; secunda, unde falsus, amarus, aut dulcis; Tempore, qua ratione criticus dicitur, aut symptomaticus; Subjecto sic, vel universalis, vel particularis, ille in toto corpore, hic in parte illius; Eventu, quia quidam optimus, alijs bonus, alijs malus, alijs pessimus.

Adn. Quod æstas potest comparari ad reliqua tempora, quoad sudores tribus modis: Primo absolute, & sic dico, quod magis fiunt sudores in æstate, quam in reliquis temporibus, id quo i experientia monstrat, & ratio, adsunt enim caloris copia, & humoris tenuitas; quæ ad sudorem requiruntur. Secundò modo fieri potest comparatio æstatis ad reliqua tempora, quando humida fuerit; qua ratione etiam æstatis magis, quam in cæteris temporibus sudores fiunt. Tertiò comparari potest æstas humida ad se ipsam, cum fuerit sicca, & tunc magis sudores gignit cum humida est, quam cum sicca. At dices: propositio videtur falsa, quia in vere absolute, (cum adsit utraque qualitas sudoris) magis, quam æstate sudores fiunt, nam æste calidum adest, & siccitas; unde magis in halitum fit dissolutio. Dic, æstatis suam naturam servante plures esse sudores numero, quam in vere, non tamen in quantitate.

Adnot. Quod cum sudor duplex sit, Criticus, & Symptomaticus, de utroque hic loquitur Hipp. sed præcipue de Critico. Dixit vero expectando in febre sudores, non quod aliis in morbis non sint expectandi, sed quia in æstate frequentior morbus est febris, & quia febres potissimum sudores judicare solent. Cæterum futuri sudoris indicia sunt aucta caliditas, anxietudo, difficultas spirandi, facies inflamata, undosus pulsus, cutis rara, tempus calidum, & humidum.

APHORISMUS VII. *Magnis siccitatibus febres sunt acutæ, &c.*

CUM de mutatione qualitatum activarum in IV. Aph. egisset: nunc de ea, *Connexa* sit in passivis, agit, accipiens siccitatem in temporibus dominantem. *xio.*

Duplex proponitur conclusio: primi, Magnis siccitatibus febres acutæ sunt: *Intent.* secunda, Qualis fuerit in anno temporis status, tales expectandi morbi.

Ut Medicus, & prædicere, & præcavere possit morbos, qui in siccitatibus *Ratio* sunt, & in universum intelligat morbos sequi constitutionem temporum. *intent.*

Est sectus in duas partes, juxta duas conclusiones prædictas, prima pars continet morbos, qui in siccitatibus sunt: secunda vero quasi corollarium est primæ conclusionis.

Quo tempore bilis dominatur febres sunt acutæ?

At magnis siccitatibus dominatur bilis. Ergo.

Eo tempore febres acutæ sunt.

Demonstrat.

Major probatur, quia acuti morbi plerumque vel ex bile sunt, vel ex sanguine & bilem vergente. Minor etiam ostenditur, nam siccitas ad calorem disponere solet humores: unde scripsit Hipp. calecente sanguine, exhalarum humorum aquosum, relinqu autem pinguem, qui febris est alimentum, sicut aquosus infestimus, & contrarius.

Secunda conclusio ex prima deducitur hunc in modum.

Sicci temporibus febres acutæ sunt. Ergo

Qualis fuerit annus tales morbi expectandi.

2demō.

Antecedens jam probatum est: consequens deducitur: nam si siccus anno siccus sunt morbi; ergo humido, humidis; calido, calidis; & frigido, frigidis; & si constant, constantes, si varius, varii.

Quod siccitas vel est Austrina, vel Aquilonia: rursus, utraque istarum vel est *1. Adm.* valida, vel debilis: iterum, si valida, vel extrema, vel non extrema, Aph. verus est, de quacumque valida siccitatem. At dices: si siccum incrassandi vim habet, ergo non magis bilem, quam melancholiam gignet: at ex Melancholia longi sunt morbi. Dic siccitatem semper resolvere humores; ideo, vel bilem gignere, vel adurere, unde atra, sed acris, & assata gignitur bilis, quæ & ipsa acuti morbi solet esse causa. Vel dic, siccitatem magis disponere ad calidum, quam ad frigidum: sanguis enim, & bilis calida sunt: quare, etiamsi dominetur siccitas, remanet caliditas, unde acuti sunt morbi.

Quod febris acuta duplex est: alia quæ viscerum sequitur abscessus, alia vero humores in venis calefactos: quæ vero sequitur humores in venis, aut est simplex, aut putrida, aut maligna: omnes istæ febres in siccitatibus sunt, sed in austriinis, atque extremis pestilentibus, & malignæ fieri solent. Licet enim siccitates imbribus sunt salubriores: si tamen siccitas Austrina est, vel admodum excessiva, pestis gigni solet: unde Hipp. pestilentem constitutionem præcessisse illam squalores scribit: at si siccitas fuerit valida, non tamen extrema, neque Austrina, febres sicut acutæ, non mali moris, quas simplicissimas appell. *3. Progn. Lib.*

Quod morbus siccus apud Hipp. dupliciter dicitur, vel quia crudus est, qua ratione siccum appellat Pleur. cum nil expuit, aut patum, & crudum, vel quia sit sua natura siccus; Hipp. autem siccum hic intelligit potissimum secundo modo. At dices; si acutæ febres omnes sunt cum periculo, quare salubriores siccitates imbribus infra statuit: Dic, quia humiditatis morbi longè sunt periculosiores. *de locis* At rursus insurges ex Hipp. dicente siccum magis retinere morbos, & magis dolere, *in humido*

humidum vero minus, & rationem addidit; quia in sicco morbus stabilior est, in humido autem difficit. Dic veram esse sententiam, si morbos humorum ad membrorum affectiones compares; attamen siccum ea saltem ratione sanius est, quia ad uitredinem minus est aptum.

4. Adn. Quid verbum in secunda conclusione additum magna ex parte significat non esse necessarium tales fore morbos, qualis temporum constitutio indicat: quia virtus ratio, & alia repugnantia possunt id prohibere, quare scripsit infra, in omnibus temporibus omnes fieri morbos posse, licet in quibusdam magis fiant.

5. Adn. Quid iucet Aer semper exsiccat corpus nostrum, in quaunque sit dispositione, ea saltem ratione, qua lumine, & vi solis calescit; tamen nil prohibet humectare, quia humiditas inducta a vaporibus major est: ideo absolute humectare diciatur, licet semper habet aliquam exsiccandi vim, unde Medicis aer una ex causis necessario calidum nostrum exsiccantibus statuitur.

APHORISMUS VIII. Certis temporibus suam tempestivitatem, &c.

Connexio. CUM in antecedentibus Aph. de hac, vel illa temporis mutatione in particulari egisset, & in ultima praecedentis Aph. parte, tales fore morbos st. tuerit, qualis temporis constitutio fuerit, nunc id ipsum magis explicat assumens omnes mutationes.

Intent. Duplex proponitur conclusio: Prima est; Constanti tempore constantes fieri morbos, ac judicatu faciles: Secundi vero huic contraria: Inconstantibus temporibus inconstantes fieri morbos, & judicatu difficiles.

Ratio intent. Ut ex anni consti: tione, qualis futura sit morborum natura, praedicere Medicus possit: ac proinde accuratus sit in praedicendo in ejusmodi morbis, quippe qui sepe fallant.

Diversio. In duas partes dividitur praesens sententia: in prima ponit Hipp. unam conclusionem: in secunda vero alteram.

Diversio strata. Quo tempore valida est natura, & humores simplices, & uniformes infundit in corpore; constantes, ac boni judicii morbi fient.

Sed in constantibus, ac tempestivis temporibus virtus valet, humorque unius generis dominatur.

Ergo: In constantibus, ac tempestivis temporibus morbi fient constantes, & boni judicii.

Major clara est: nam robur naturae, & humorum simplicitas morbos facit uniformes.

Minor ostenditur: quia tempora suam naturam servantia, servant etiam nostram, & humores gignunt sibi peculiares: Ver sanguinem; Aer sibilem; Autumnus atram bilem; Hiems pituitam: At e contra, ubi inaequale, & inconstans est tempus, robur naturae dissolvitur; variis humores gignuntur; unde necesse est morborum fieri diversas formas, & prava judicia, quod statuitur in secunda conclusione.

1. Adn. Quid constantia anni in tribus consistit; in primis qualitatibus, ut servent, vel non suas qualitates, in ventis, ut suos proprios habeant ventos, suas tranquillitates, in plaviis, & serenitatibus. Cum itaque annus suam in istis servaverit naturam, & perseveret, dicitur constans, ac tempestivus, verum cum defecerit in omnibus, vel in aliquibus, inconstans, & intempestivus: Unde hunc annum describens ait Hipp. Cum in Perintho abundaverit aliqui, aut venti siccii, aut non venti, aut aquae, aut siccitatis, aut ardores, aut frigora.

Quod

Quod tempestivus dicitur annus, qui suam naturam servat; constans vero ubi ^{2 Adh.} illam retinet: ideo junxit ista duo, constans, & tempestivum; potest autem annus esse aut constans, & tempestivus, vel è contra, aut tempestivus, sed non constans, vel è contra. Hipp. itaque intelligit de primo, & secundo significatu.

Quod morbus dicitur inconstans tripliciter; Numero, quando varii, ac diversi; ^{Adh.} mordi gignuntur, immo contrarii, ut paraphrenitides, & lethargi; Forma, quando non servant sua symptomata, ut febris ardens ^{cum} somno, & sine siti; Tertio in tempore, quando non servat ordinem, nec in universalis, nec in particularibus paroxysmis: in universalis, si mox videantur mites, paulò post insurgentes, mox coct onis, mox cruditatis indicia appareant, in paroxysmis autem, vel exacerbationibus, si nec diem, nec horam servent determinatam.

Quod facile judicium duplicitur consideratur, sicuti & difficile; vel quia facile ^{4 adh.} Medicus judicatur, aut econtra, vel quia bonum sit, aut malum judicium: utroque modo intelligere oportet; nam in constanti morbo bonum solet esse, ac facilis cognitionis judicium; in inconstantibus verò malum, ac difficilis cognitionis. Bonum itaque est judicium, quod sit per effatu dignam evacuationem, vel abscessum, signis coctionis apparentibus, in die judicatorio: unde morbus, vel in totum, vel magna ex parte tollitur: Contrarium judicium est malum, & recidivas, & mortes, & dolores significat, ac quia infidum est, ideo cognitu difficile.

Quod autumnus habet hoc peculiare, ut sua natura inconstans sit semper; ideo ^{5 Adh.} morbos inconstantes gignit. Sed hac ratione dabitur tempus, quod servans suam naturam morbos inconstantes gignit, quod absurdum est, nam cum non servabit, constantes gignet. Dic, inconstanter morbum dicit duplicitur; vel respectu illius temporis, in quo fiunt, sic autumnales morbi constantes dicuntur, vel inconstans dicitur respectu aliorum temporum; sic morbi autumnales inconstantes dicuntur, & mali judicii, quia comparati ad morbos reliquorum temporum tales habentur.

APHORISMUS IX. Autumno in universum morbi acutissimi, &c.

D UPLICITER nocti potest Aph. cum præcedentibus; primò cum quar- ^{Connec-}
to, in quo dixit fieri morbos autumnales, cum eodem die viget modo calor, ^{xii.}
modo frigus, quare nunc, qui sint isti morbi declarat, secundò cum antecedenti,
in quo dixit morbos constantes constanti fieri tempore, inconstantes autem incon-
stanti, cunque ver tempus constans maximè sit, autumnus verò inconstans; ideo
nunc de autunni, & veris natura agit.

Daplex proponitur conclusio: prima est autumno morbi fiunt acutissimi, & *Intente*
pernicioseissimi: secunda, ver saluberrimum est, & minimè exitiosum.

Ut cognoscat Medicus, quæ tempora sint morbosa magis, & quæ salubria, ac ^{Ratio}
perinde, vel ex ipso tempore, de eventu morbi bono, vel malo judicare possit. ^{intend.}

In duas partes secari potest præsens Aph. prima continet, quæ sit autunni natu- ^{Divisi-}
ra: secunda vero, quæ veris.

Quo tempore vires languent magis, & major humorum pravitas, eo acutissimi ^{Demē-}
inobi fient, & pernicioseissimi. ^{præst.}

Sed autumno, languor virium major est, & cacockymia major. Ergo

Eo tempore acutissimi, & pernicioseissimi fient morbi.

Majore clara est, si quidem, languor virium, & pravitas humorum acutissimos
parit morbos.

Minor probatur; nam virtus eo tempore debilior est, tum ob æstatem præ-
dentein,

dentem, tum ob temporis inæqualitatem, tum quia corpus densatur, nec etiam spirat; Cacochymnia autem major, quia bilis abundat, ob præcedentera statem, pituita, vel ob fructuum esum, & frigidæ potum, & crudatum herbarum ingluviem: melancholia, quia autumni prorsa est: Hinc fit, ut autumnio magis, quam in cæteris temporibus vigeat humorum pravitas: unde scripsit Hipp. sic se habere ad annum autumnum, sicut vespertinum tempus ad diem, & exacerbationem ad febrem.

Secunda conclusio facile à contrario deducitur: Ver enim saluberrimum est 5 quia vires valentes sunt, & calor innatus viget; humor autem, qui abundat, benignus sanguis; cuius motus non ad intra, sed extra fit, mutatio non ad frigidum, ut in autumno, quæ naturæ inimica, sed ad calidum, quæ eidem amica.

2. Adn. Quòd tempus duplicit agit in nos; vel qualitate manifesta, vel qualitate occulta; primo modo parum distat ver ab autumno, si quidem ambo tempora mediocria sunt, ac temperata; at secundo modo longè differunt, quia (vel ob foliis accessum, vel alia quavis ratione) vere omnia rident, & pullulant, vestiuntur;

Lib. de aer. plantæ, at autumno squalent omnia, & arescunt; unde fit, ut Hipp. adduxerit hanc mutationem, & ut potentiores, quam eam, quæ sit astativa, vel hyeme, licet adeo in eis primæ vigeant qualitates. At contra dices ex Hipp. Solstitia periculosa æquinoctiis, & inter hac maxime astivum, uti inter æquinoctia magis autumnales; quare videtur posse colligi, a statem perniciosiore autumno. Dic, intellexisse secundum manifestam qualitatem, attamen non secundum occultam, & alias causas, quæ in autumno sunt.

2. Adn. Quòd ver, utecumque consisteretur, seu in se, seu in respectu aliorum temporum, naturam habet calidam, & humidam, semper enim calefit à Sole; nec fieri quitar, quod infert Gal. (concordens et temperatum) quod efficit, morbosum, dicitur. quia id de calido humido intelligitur excedente, non mediocri, quale est veris; nec secutur, evod infert, si respectu aliorum consideretur temporum, quod efficit frigidum, & siccum ver ratio e astativa, & hyemis, quia ratione a statis non dicitur frigidum, sed mirus calidum, & ratione hyemis non siccum, sed minus humidum. Cum igitur multa vigeat hyeme humiditas, in vere autem excalefacit semper aer, asserendum est ejus naturam calidam, & humidam cum Hipp. qui antea dixit, sudores multos a state generandos esse, si astatas veri finitis fuerit. Quod si temperatum dicitur aliquando ver, id ita intelligi debet, quia antiqui eam temperiem mediocrem dixerunt; sic Hipp. pueros ex calido, & humido temperatos appellat.

3. Adn. madv. Quòd sanguis in tempore, veri respondet, ob diversas tamen considerationes varie qualificatur; nam exclusio innato calido, frigidus est, & siccus; ut verò dicat aggregatum omnium quatuor humorum, temperatus nuncupatur, quia in eo non videtur aliqua excedere qualitas; at si comparetur ad hominem temperatum, dicitur calidus, & humidus; si verò in tempore ad justitiam, temperatissimus est; Spiritus autem, quo ad cutim, calidissimus est, quo ad justitiam, ut instrumentum temperatus.

4. Adn. m.c. Quòd morbus acutus duplicit dicitur, vel ratione brevitatis, vel ratione symptomatum pravorum; primo modo acutiores sunt morbi astivi, cuius breviores, at secundo modo autumno, quia majores; ideo juxta sta duo Hipp. morbis autumni, ut sint acutissimi, & perniciiosissimi; cum enim interficiunt, celerrime id faciunt, cum verò vincuntur, non nisi longo tempore decedunt, quare dicuntur morbi autumnales vel longi, vel mortales, qui verò sint autumnales morbi, infra ostendet Hipp.

APHORISMUS X. *Autumnus tabidis nocivus.*

CUM in antecedenti damnasset autumnum, quod morbos gignit acutissimos, & lethales, nunc alia ratione illum vituperat, quod tabi, & aliis eius generis sit nocivus. Autumnus tabidis nocivus.

Ut ostendat uno proposito exemplo unius morbi longi, ac pessimi, omnibus morbis longis nocivum esse autumnum; unde acutis, & longis perniciolium esse colligatur tempus illud, atq; ad malum eventum praedicendum magnam vim habere.

Tempus inaequale frigidum, & siccum tabidis nocet.

Talis est Autumnus. Ergo: Tabidis nocivus est.

Major probatur, quia tale tempus innatum calidum debilitat, quare nutritio deficiat nequit; auget proinde ulcus frigiditate, siccitate autem febrem, & consumptiōnem; inqualitas verò non solum debilitat calorem, sed fluxiones concitat.

Quod tabes in sua universali significatione idem est, quod consumptio, consumitur autem corpus vel secundum totum, vel secundum partem: rursum totius corporis consumptio, aut pendet essentialiter ex humidi consumptione, ut in heptica, vel ex aliquo membro, ut in atrophia, & cacochezia, pendente malo ex jecore, aut liene, aut alio quovis membro; Hipp. itaq; hic de omni consumptione loquitur: sed potissimum de illa, quæ fit vitio pulmonis ulcerati, cum febri heptica: nam Autumnus & pulmoni iisi, & ulceri, & febri repugnat.

Quod Autumnus hæc ratione iicitatis conferre videatur ulceri, magis tamen nocet tum ratione frigiditatis, tum febris, tum inaequalitatis. Nota tamen, Hipp. non modo Autumnum tabidis, sed & principium Veris tabidis nocuum censere; 6. ep. l. id vero ob inaequalitatem judicavit fieri; non tamen ver ipsum absolute, quia saluberrimum est tempus. Hic verò difficultas nascitur ex Hipp. 1. Epid. Sect. 1. ubi mori scripit in iugis eos tabidos, quibus natura ad tale malum prompta erat; quod videtur repugnare Aph. 35. 2. Sect. Dic, minus pericitati hominem à causa proportionata, cum causa diversa fuerit, non tamen à causa eadem: calidum enim, eodem gradu si ledet frigidum, & calidum, magis ledet calidum, qui supponit Hipp. majorem esse solere causam, quæ mutat corpus contrarium, quam simile: sic autem in universum tueri sententiam illam postulamus commodius, quam si cum Gal. eam solum de morbis in intemperie intelligamus.

Quod tabidi omnes, & qui longo morbo jam affecti sunt, non solum in Autumno pejus habent, sed eo tempore potissimum moriuntur: causa est virtutis cuiusque sola sustinet vitam, & licet ratione frigiditatis, & siccitatis morbis conferat, Autumnus calidis, & humidis, magis tamen nocet in universum, ob causas jam prædictas: unde Hipp. talē proportionem habere Autumnum ad annum sensit, qualēm accessionis tempus ad morbum.

APHORISMUS XI. *Inter anni partes: si Hyems secca, &c.*

CUM hæc tenus multa de temporis mutationibus, quasi in universum dispatiasset Hipp. nunc de mutatione agit in particulari plurium temporum, quatenus sibi invicem succedentes morbos gignunt varios.

Præcedente hyeme secca, & Aquilonia; vere autem sequente pluvioso, & australi; estate febres sient acutæ, ophthalmiae, & dysenteria mulieribus præsertim, & viris natura humidioribus.

Ut ostendat, quomodo Medicus ex temporum diversa constitutione possit precepere, dicere, intent,

dicere, & præcavere morbos in longiori tempore, & itidem doceat ob temporum præcedentium constitutionem multos fieri posse morbos in aliqua anni parte, etiam secundum naturam habente.

Dixit. Cum Aph. contineat unicam conclusionem non admittit partitionem

Quod oculos, & intestina debilitat, humiditatem aggregat, & fervorem inducit, acutas febres pariet, ophthalmias, & dysenterias.

Dixit. Sed talis est temporis constitutio præscripta.

Ergo

Str. 1. Tales fient morbi in aestate.

Major ostenditur nam ex debilitate partium sit dispositio ad suscipiendos morbos, humiditas apta materia est ad fluxionem, fervor ebullitionem facit, & colligando humorem accedit.

Minor autem declaratur, si quidem per hyemem frigidam siccum laeduntur oculi; frigidum enim oculos mordet, laedit etiam intestina eadem ratione sua natura exanguia; veris humiditas accedit, ut materia; fervor æstatis, ut efficiens, nam ut scribit Hipp. terram madidam adveniente estite calorem suscipere, ac fervore: unde liquata in venis materia febres acutes fient, cum verum transmutatur ad oculos, lippitudines facit; quod enim tori corpori febris, id oculis, ait Arist. lippitudo est; at fluente humiditate ad intestina, utpote calida, & acris, ac salsa, inordet illa, & excitat dysenterias.

1. Adn. Quod prædictos morbos non hyeme fieri dixit, quia deest materia, supponitur enim siccitia: neque vere, quia deest calor, & quia humiditas illa corrigit præteritam siccitatem; sed quia elongatur ad æstatem usque ideo tunc abundans magis, quam convenit, ebullit à calore æstivo. At dices; si hyems est adeo longa, verò ita breve quomodo super abundat humiditas? immò corriger posse videtur precedentem siccitatem. Solvit tamen: quia ad correctionem intemperiei non requiritur æquale tempus, sed intensio; nam medicamentum semel applicatum, sed validum, & intensum, tollere potest intemperiem etiam multo ante genitam.

2. Adn. Quod quemadmodum hi morbi ex aeris mutatione pendent, ex fervore inquam æstatis, & humiditate veris, ita & per aeris mutationem contrariam solvi consuevere; quare si Etesiae venti illi frigi diutius ad caniculam spiraverint, ait Hipp. cessare istos morbos; ita etiam si per artem locus alteretur, idem cessant, & preceaventur: præcaventur quoque in contrariam mutando virtus rationem, & exciscando corpus ipsum. Sed dices; Hipp. vult cessare hos morbos non solum si spiraverint Etesiae, sed si pluit in aestate, quod videtur repugnare, siquidem humida constitutio à pluvia non videtur corrigi posse. An quia refrigerando fervorem attenuant? Adde, aquam illam esse tempestivam, & temporis naturalis constitutio tantum potest, ut etiam morbos similes curare valeat, non secus, ac patrui aer; addit autem Hipp. loc. cit. quod nisi à ventis illis, & aquis corrigitur præcedens aeris qualitas, fore, ut ex illis morbis, & pueri, & mulieres emoriantur, non ita tamen senes, vel si superstites evadant, in quartanas incident, & ex quartanis in hydroperes: mulieres enim, & pueri, quia humidi sunt, ideo à prædictis morbis patiuntur; at senes, quia frigidiores non similiter acuti febribus corripiuntur.

3. Adn. Quod febris acuta est in duplice differentia; vel cholerica, qua maxime inscitibus fit, vel ratione ebullitionis, qua maxime tempore ciutto, & humido invadit, de qua maxime hic intelligit. Nota verbum illud messtis ex G. significare nobis scriptos esse hos aphorismos experientia, sed secundum demonstracionem.

APHORISMUS XII. Si vero Hyems austrina, pluviosa, &c.

CUM in praecedenti Aph. morbos aestivos assumeret, qui ad frigidam, & sic-
cam hyemem, humidum autem ver, accident, nunc contrariam constitu-
tionem assumens morbos aestivos numerat, qui ad austrinam hyemem, boreale ve-
ro sequuntur ver.

Hyeme praece lente australi, & pluviosa, si ver siccum, & aquilonium succe-
dat, abortus, & difficiles partus ad ver fient, dysenteriae, ophthalmiae siccæ, &
senibus catharri pernicioſi.

Ut demonſtret, quo pacto prædicere, ac præcavere Medicus possit præscriptos *Ratio*
morbos: secundò, ut doceat ad contrarias temporis constitutiones non ſolum con- *interv.*
trarios fieri morbos, ſed etiam ſimiles: tertio, ut cognoscamus ob cauſarum ma-
gnitudinem morbos accelerari: nam cum praecedenti Aph. æstate fieri dixiſlet ,
nunc vere fieri dixit.

Divisio hic noa est neſſaria, quod unum conclusionem totus habeat Aph. *Dicitur*

Quo tempore concurrit humorum fluxio ad uterum, intestini, oculos, & ma- *Domi-*
gnas venas, fient abortus, partus debiles, dysenteriae, ophthalmiae, & catharri. *strati.*

Sed vere istæ fluxiones concitantur exiſtente frigido, & aquilonio, ubi præcef-
fit hyems pluviosa, & australis. *Ergo*

Tali exiſtente conſtitutione temporum, fient in vere abortus, partus debiles ,
dysenteriae, ophthalmiae, & ſenibus catharri peſſimi.

Major declaratur: nam ex fluxione concitat ad uterum abortus, & partus de-
biles fient, quia laxantur ligamenta uteri, & pauci valle patiuntur: cum vero
debilis sit uterus ob geſtationem, ad partem debilem fluet materia; intestini quo-
que, & oculi debilitatem habent tēſi à frigiditate veris, quare expreſſionem fa-
cile fuſcioſunt; unde dysenteriae, & ophthalmiae: priuati enim putrefacens mordet
intestina, tempus autem frigidum, & ſiccum prohibet, quo minus in oculis quid-
piam effluit, unde ſicca liquit olo, & ſenibus excitantur fluxiones ad pulmones ,
& venas magnas, unde peſſimi catharri exoriantur.

Minor propositio facilis intellectu eſt, quia hyems pluviosa, & australis corpus
humoribus implevit, ſubsequens vero veris frigiditas exprimens, illas fluxiones
concitat; unde morbi prædicti.

Quod duplex eſt fluxionis cauſa efficiens; altera calida colligando humores ; i. Ad-
altera frigida exprimendo; de primi dixit in antece lenti ſententia, nam calor ex- *notat.*
ſtratis colligans materiam veris orationis concitavit morbos, de ſecundi calida ex-
primente hic agit; frigiditas namque verni cerebrum, qauli ſpongiam plenam per
hyemem ficitum, exprimit, dixit autem fieri morbos non i expectata æstate, ſicut
in antece lenti, ſed in ipſo vere, ſiltem abortus, & partus difficiles, quia mulie-
res, maxime gravide, debiliores ſunt, & quia iſti coiſtitutio eſt maijs præter
naturam. Dixit autem Hippo fieri ad æſtitem etiam (præter dictos morbos) hy-
droperias, & longis dysenteriis, hec pte refrigerato; poterit autem Medicus evita-
re hos morbos corporis exſiccando, vacuando, aerem corrigendo, ut exſiccat per
hyemem, ei eſfaciat autem per ver.

Quod uferens Hippo cauſam catharri in ſenibus per iſtam conſtitutionem, ait *2 Adu.*
fieri ob varietatem, & colligationem venarum, quod non capiens interpres *Lib. de*
vertit, densitatem venarum: ideo notandum, quo rariſtas duo ſignificat, aut *aer.* &
pororum amplitudinem, quæ multi eſt in j uenibus, ſi ad pueros confeſtantur *aquis.*
que fit ob calorē validum, aut ſignificat cavitates plurimis, & carnium ex offi-

bus separationem ob alimenti defectum, quæ sensibus peculiaris est; unde carnes disfluunt circa ossa, & veneæ cavæ sunt, quo sit ut catharri descendentes in eas facile recipiantur, & interceptionem faciant, ad quam sequitur apoplexia, aut paralysis; tacuit autem febris in ista constitutione, quia deest causa ebullitionis; non enim hic calor, ut in præcedenti fluxiones concitat, sed frigiditas.

S. A. 11. Quòd triplex est causa, quare morbi accelerant magis, quam expectent tertiam constitutionem, vel secundam: Prima cum magna est mutatio, & prava, sic scripsit Hippocr. in Cranone æstate humida carbunculos factos esse: Secunda causa est dispositio corporum, nam debilitas facit, ut citius morbi arripiant; ita hic mulieribus in vere (non expectata æstate) abortus, & difficiles partus sient, cuius exempla habes 1. Epidem. 3. ubi cum hyems multa in vere fieret, plurimæ mulieres graviter ex partu laborasse scribit, & post partum graviter ægrotasse: Tertia causa est qualitates temporis non naturales, & peregrine, atque inconstantes, & variæ; omnium vero pessima est humida, & calida constitutio, & australis, ubi diu perseverat, cuius exemplum adduxit Libro 3. Epid. 3. Sect.

APHORISMUS XIII. Æstate verò frigida, & aquilonia, &c.

Contra. **C**UM Hipp. in præcedentibus duabus sententiis, duas celebres temporum constitutiones posuisset, ex quibus per variam successionem diversi continentur morbi, nunc tertiam agreditur non minus contemplatione dignam, & quemadmodum in antecedentibus hyemem, & ver assumens morbos & statis descripsit, ita nunc (æstatem, & autumnum considerans) morbos hyeme contingentes.

I. 1. 10. Si æstas fuerit sicca, & aquilonia, autumnus contra pluviosus, & australis; hyeme vehementes capitales dolores sient, tussis, raucedines, gravedines, non nullis etiam tabes.

P. 1. 10. Ut ostendat dignam notatu temporis constitutionem, per quam non minus, ac invent. per præcedentes Medicus prædicere, & præcavere possit morbos hyemis, & ut cognoscamus ad similes constitutiones non sequi morbos similes.

D. 1. 10. Quæ constitutiones parit cephalagiae, raucedenis, gravedinis, tussis, ac tabis, eosdem pariet morbos tempore convenienti.

Sed talis est æstas sicca, & aquilonia, autumnus pluviosus, & australis ad hyemam. Ergo

Per talem constitutionem in hyeme prædicti morbi sient.

Major nota est.

Minor probatur; quia si æstatis frigiditas caput, & pulmonem lasit, & ad suscipiendos morbos, & membra disponit, humiditas vero autumni caput replevit, succedens sanè hyems, sua innata frigilitate corpus, & maximè caput densans dolores creat, exprimens vero humiditates ad guttus, raucedines; ad asperam arteriam, & pulmonem, tusses, & tabes; ad nates, gravedines producit.

I. 1. 11. Quòd hæc constitutione communia habet multa cum superioribus, nam sicut in prima ponebatur hyems siccæ, & aquilonia, ver autem pluviosum, & australe: ita hic æstas, & autumnus: ibi ponuntur morbi, qui ad æstitem fiunt, hic vero, qui ad hyemem. Cum secunda vero, quia sicuti ibi ponitur humiditas hyemis, quæ à frigiditate veris exprimitur; ita hic autumni humiditas à frigiditate hyemis.

Sed

Sed dices; cur igitur non sequentur dysenteriae, & lippitudines? & quare ibi non numeravit tabes? Dic, quia in antecedenti succedit calor aestatis, hic autem frigiditas hyemis; secundo, quia frigiditas nativa hyemis non ita penetrat, ut aquilonia: Adde, hyemis frigiditatem hic naturalem esse, in antecedenti in vere preter naturam. Tabes potest sanè in utraque fieri, attamen hic magis propter autumnum, quibus de causis sit, ut ad easdem contrarietates non iidem sequantur morbi.

Quod de tabe scribit non fieri in universum, sed quibusdam? quia humor non ita est putridus, & falsus, ut plurimos laedere possit, sed eos maximè ladet, qui ad hunc morbum sunt apti; sunt autem tales, qui pectus habent augmentum, scapulas eminentes, collum longum, & gracile, ex quibus frigiditas cordis, & pulmonis arguitur; unde carnes pulmonis ad quamvis causam facile iis putrescent: & ob status, quibus ob frigiditatem abundant, rumpuntur illis venæ. Cæterum Hipp. addit ad hanc constitutionem fieri syderationes, seu caros; quia humores multi, ac frigidi cerebrum occupant.

Quod dolor capitis pertinet præcipue ad cerebri membranas, seu internas, ac duram matrem, seu externam, pericranium. Cum itaque totum caput dolet, recensque dolor est, Cephalgia dicitur; cum autem antiquus est dolor si fuerit totius capitis, Cephalæa nuncupatur; dimidiæ verò partis, hemicrania. Canas habet varias, ut intemperiem, humoris copiam, vel gravantem, vel rodentem, aut flatum distendentem: hic autem fieri dicendum est à multa materia gravante frigida, & humida.

Quod per humidam constitutionem inter cæteras corporis partes maximè caput repletur, tum quia in supra corporis parte situm est, quo vapores effumant ab universo corpore, tum quia figuram habet curvib[us] similem, quæ trahit ex toto, tum quoniam est veluti glandula laxum cerebrum: quare veluti spongia repletur. Cum itaque à frigido, vel calido movetur humor, fluxiones ad partes internas fiunt, quas septem scriptit Hipp. ad narcs, aures, oculos, guttur, gulam, spinalē medullam, & denique in sanguinem, seu crassas venas: unde ferè omnium morborum origo nascitur: sunt & articuli, ad quos maxime effluere solet. Maxime autem laborare istis fluxionibus eos est verisimile, qui capita debilia habent, non autem eos, quibus robustum est cerebrum, ac ficcum.

APHORISMUS XIV. Aquilonio autem, & sicco Autumno, &c.

TAM recte conjungitur hic Aph. antecedenti, ut scribat Gal. ex duobus unum esse faciendum: nam supra posuit frigidam, & siccā aestatem, autumnū verò humidum, hic eandem supponens aestatis constitutionem, autumnū siccum, & aquilonium quoque statuit.

Duæ sunt conclusiones: prima, aestate siccā aquilonia, & autumno in ea permanente comoditas parabitur naturis humidis; secunda verò, naturis siccis, op̄. thalmiæ siccæ fiunt, & febres partim acutæ, partim longæ, nonnullis quoq; melancholia.

Ut quid sequatur ad duorum temporum similem constitutionem ostendat, ac perinde etiam præcavere, & prædicere possumus morbos ex ea emanantes.

In duas partes dividi potest præsens sententia; in quarum prima, juvari, ait Divisio naturas humidas ex exconstitutione; in secunda verò morbos addit, qui in siccis naturis expectandi sint.

Simile male se habet ad simile, ubi excedit, bene autem ad contrarium.

Demo-

H;

Ergo

strat.

Ergo: *Aestate*, & *autumno siccis*, & *aquiloniis* bene habebunt mulieres, & *viri natura humidi*. Antecedens declaratur; quia licet aliquando simile bene se habeat ad simile, id non contingit, nisi cum parvus est excessus, at hic supponitur magnus: quia duo tempora in eadem constitutione permanentia, magnum faciunt excessum. Consequentia manifestè patet: nam mulieres ratione sexus humidæ constituunt, atqui ex viris humiditate nimia abundant, eadem ratione à temporis contrarietate exsiccati sani degent.

Demostrat. 2 Quæ constitutio in se causas retinet sicca ophthalmia, febrium, & acutarum, & longarum, nec non Melancholia, eos pariet morbos.

Sed existentibus æstate, & autumno frigidis, & aquiloniis, cause prædictorum morborum adsunt in naturis siccis.

Ergo: In illis prædicti morbi gignentur.

Major de se manifesta est. Minor declaratur: nam Boreale tempus oculos lassit, unde ad recipiendum disponit, hinc lippitudo sicca: quia aeris frigiditas densat partem, tum quia humor siccus est, & non facile effluit: acutæ febres fiunt bile exuperante, sed ubi pars sanguinis exhalat tenuis, longæ fiunt: inde atra bilis gignitur, & melancholici morbi.

2. Adn. Quod ex quibusdam codicibus adduntur gravedines in ista constitutione fieri: nec proinde, si admittatur id, sequetur aliquod inconveniens: quia sicut lippitudo duorum est generum, sicca, & humida; ita etiam gravedo altera humida est, cùm aquosus humor ad narcs effluit; altera verò sicca, ubi humor siccus ibi crescit, & veluti crusta inducit, adeo ut aliquando occludat, & intercipiat vias narium: quæ gravedines accidunt, ubi cerebrum nimis exsiccatur,

2. Adn. Quod Hipp. Lib. de Aere, & Aquis aliam ponit constitutionem huic contrariam: ubi enim (ait) humida fuerit æstas, similisque sequatur autumnus, pituitosis ad hyemem febres fiunt ardentes, iis præcipue, qui æstatem consistentem habent: ratio est, quia putris est in illis salsa pituita, sunt enim calidores, & vires non ita fortes habent, ut juvenes: at naturis biliosis in ea ipsa hyeme ait fieri pleuritides, & peripneumonias: nam biliosi maximè lateris inflammationibus corpori solent; ideo, qui acidum eructant (ut puta pituitosi) non admodum fieri scripsit pleuriticos: accedit hyemis frigiditas pectori, & pulmoni inimica; adde etiam, pleuritidem, & pulmonis inflammations, inter consistentiæ morbos infra connumerari.

Altera adnot. Quod mutatio temporis, vel secundum naturam consideratur, vel præter naturam: si primo modo, de illa scribit Hipp. infra Aph. 20. 21. 22. 23. nec aliam considerationem habet temporis naturalis constitutio, quam ut exponatur, qui morbi in unaquaque fiunt; Si verò spectetur innaturalis mutatio, vel ea pertinet ad totum annum, vel ad partem illius; de mutationibus igitur totius anni innaturalibus egit in Lib. Epid. & de illis etiam, quæ secundum anni partem fiunt, licet indefinite, his verò de illis mutationibus agit, quæ secundum anni partes innaturaliter fiunt, sed scientificè colligens præcipuas; nam hæc mutatio, vel consideratur in uno tempore cum ad contraria mutatur, ut qui morbi sequantur ad hyemem, si fuerit calida, & humida, & de hac non egit hic, quia raro facit morbos, nisi multum excedat; vel denique ista mutatio in variis temporibus spectatur secundum combinationem contrariam, aut similem quatuor qualitatum, ex qua octo nascuntur combinationes, comparando hyemem ad ver, & alias octo, æstatem ad autumnum: harum Hipp. quinque posuit, sed in Lib. de Aere, & Aquis insigniores, & frequentiores, ex quibus de aliis conjecturam facere Medicus poterit. Harum mutationum tabula placet subscribere, ut facilè divisio predicta concipiatur.

Tabula

Tabula mutationum Temporis.

Natura- lis, in- fra.	Aphorismo 20. Veris.
	Aphorismo 21. Æstatis.
Mutatio- ris, vel est	Aphorismo 22. Autumni.
	Aphorismo 23. Hiemis.
Mutatio- ris, vel est	Secundum In Epi- totum an- num.
	In una parte, de qua qui- dem.
Præter naturam	Secundo Epidem. hic omittit.
	Aphorism. 11.
Secundum partes.	Secundū cōtraria ponit duas.
	Aphorism. 12.
In dua- bus par- tibus.	Hyemis, & veris.
	Utraque pluvio- sa, & Austra- lis.
, Æstatis, & Au- tunni.	Secundū similia omittit.
	Utraque siccā & Aquilonia.
, Æstatis, & Au- tunni.	Secundū cōtraria ponit duas.
	Aphorism. 13.
Secundū similia.	Secundū similia.
	Utraque humida & Australis, Li- bro de Aere, & Aquis.

Quod Hipp. auctore Gal. veritatem harum propositionum in regione temperata ~~adnot.~~ intelligit; temperata autem regio dupliciter contingit, vel per se, ut quæ est in climate temperato, quale est quartum, & quintum ratione Solis, aut per accidens, ratione maris, aut ventorum, & situs: at nescio qua ratione non debeant esse vera prædictæ sententiae in omni regione: nam ut scribitur 3. Prognost. quæ scribuntur ibi, ut hæc, vera debent esse ubique mundi; & in Scythia, & in Æthiopia, quia propositiones sunt ad scientiam, & artem pertinentes.

APHORISMUS XV. Et tempestatibus anni in universum, &c.

CUM in antecedentibus varias mutationes temporum explicasset, in præsen- Conti-
xi. ti modo Aph. colligit conclusionem, quæ ad passivas attinet qualitates nec do-
fe, si quidem à compositis magis, tanquam à notioribus incipere, magis est do-
ctrinæ consentaneum,

*Intent.**Ratio**meens.**Divisio*

Siccitates assiduis imbribus in universum salubriores, & minus mortiferae sunt:

Ut conclusionem ponat, quo ad sanitatem, utillem; ex qua cognoscat Medicus, exiccationem corpori ad sanitatem magis conducere, & ut demonstret potentissimas esse has qualitates ad morbos, & sanitatem conficiendam.

Dupliciter demonstrari potest, ab effectu, & à causa: Ab effectu, quia, si quis percurrat temporis constitutiones descriptas, & sequentem, inveniet in siccitatibus minus ægrotare homines, & per easdem minus etiam periclitari, quam per humiditates; Secundo à priori sic:

Demonstratio Illa constitutio est salubrior, in qua robustior est natura, pauciora aggregantur excrementa, & magis resistitur putredini.

Sed talis est siccata constitutio respectu humidæ.

Ergo

Siccitates imbribus salubriores, & minus lethales sunt.

Major de se clara est. Minor ostenditur: quia in siccitatibus operationes motus, & sensus melius fiunt, unde robur virium majus; materia paucior est, excrementa pauca, ideo putredo minor; at in humido corpus denatur, languent membra, excrementa abundant: & in universum, sicut se habet Aquilo ad corpus, ita siccitas, & sicuti Auster, ita humiditas; sed manifestum est Aquilonem esse salubrem; Austrum verò morbosum.

1. Adn. Quod siccitas, vel sola est, vel cum calido, aut frigido juncta; rursus vel est extrema, vel moderata; rursus vel est Austrina, vel Aquilonia: denique vel intempesta, vel tranquilla: Quocunque modo siccitatem compares ad humiditatem, salubrior merito ceteris paribus: Austrina tamen siccitas, qua cœlum nubilum est, insalubrior est quacunque humiditate: nam quamvis actu siccitas appareat, potentia tamen humida, & humano corpori inimica est Austrina siccitas: hæc itaque causa est, cur dicit magna ex parte salubriores siccitates imbribus.

2. Adn. Quod in utraque constitutione (tam siccæ, quam humida) acuti morbi fiunt, at in siccâ febres fiunt acutæ, sed quæ simplices sint; verum in humida solent pestilentes fieri magis, ut ex abscessu alicuius internæ partis. Sed dices: intemperies humida facile tollitur, at siccâ difficile: non itaque hæc erit salubrior, quam illa. At non sequitur: quia hic non solum repugnantia qualitatum consideratur, sed magis, quid ratione materiæ in corpore efficiant, nam siccitas ad sanitatem, & robur disponit corpus; humiditas verò ad debilitatem, & putredinem.

3. Adn. Quod cum tria sint excrementa juxta coctiones tres: feces primæ in ventriculo, urina secundæ in hepate, serosum, ac fuliginosum excrementum tertiae in membris, dicendum in tempore humido omnia excrementa magis abundare, quam in siccâ, exceptis his, quæ ad alvum pertinent: quia in humido solutior est: nam fuligines, & excrementa tertiae coctionis facile diffunduntur in siccâ tempore per exercititia, quæ commodius in siccâ fiunt, quam humido tempore.

APHORISMUS XVI. *Affiduis imbribus morbi ferè fiunt, &c.*

Connexio.

NECTITUR hic Aph. præcedenti sicuti effectus cum sua causa: nam hinc quasi ab effectu ostendit, quod in præcedenti scriptum est, siccitates esse salubriores imbribus.

Intent.

Duae proponuntur conclusiones; prima est: Morbi humiditatum sunt hi, febres longæ, fluxiones alii, putredines, epilepsia, apoplexie, anginae; secunda: Morbi siccitatis sunt, tabes, ophthalmia, articulorum dolores, urinæ, & intestinaorum difficultates.

Ratio intent.

Ut demonstret per morbos cujusque temporis veritatem antecedentis sententia, & ut

& ut Medicus possit prædicere, & præcavere morbos humidæ, & siccæ constitutionis.

Aph. sectio est in duas partes, juxta duas conclusiones, quarum prima pertinet *Divisio ad morbos*, qui ex assiduis imbribus contingunt; secunda vero ad illos, qui in siccitatibus accidunt.

Quo tempore virtus debilis est, materia multa corporis transpiratio impedita, *Demō-febres longæ* fient, putredines, alvi fluxus, epilepsia, apoplexia, & angina. *strati.*

Sed in assidua humiditate virtus debilis est, copiosa materia, ac transpiratio impedita.

Ergo

Assidua humiditate tales contingent morbi.

Major probatur, nam debilis virtus ad morbos longos occasionem præbet, multa materia, ad coctionem multum temporis requirit, febres longæ impedita transpiratione, putredines tum impedita transpiratione, tum humiditate disponente, alvi fluxiones laxatis intestinis: apoplexia, epilepsia, & angina ad materiæ copiam, membrorum laxitatem referenda sunt, excitata fluxione. Minor per se clara est; nam humidum, ut Auster, enervat corpora, & materiam auget, & excrementa, transpirationem impedit meatibus pituita repletis.

Quod consumit corpora, oculos debilitat, & articulos, vesicam, & intestina *Demō-mordet*, morbos tabificos creat, ophthalmias, articulorum dolores, urinæ, & *strati.* intestinorum difficultates.

Sed talis est diurna in temporibus siccitas.

Ergo

In magnis siccitatibus tales fient morbi.

Major clara est, nec probationem ullam exposcit. Minor declaratur, quia siccitas cum omni consumptioni repugnat, tabificos creabit morbos, oculos debilitat siccitas, quia sua natura sunt humili: inde siccæ ophthalmiæ fient, articulos laedit consumens nativam illorum humiditatem, ex bilis vero acrimonia, quæ per siccitates augetur, difficultates intestinorum, & urinæ fieri, est verisimile.

Quod febris longa illa dicitur, quæ dies 40. transit. Quod vero licet supra, *1. Adm.* vere pluvioso, & australi fieri acutas febres, non contradicit haec sententia: quia ibi supponitur constitutio calida humida, & calor estitis a lumen ebullitionem, at hic supponitur sola humiditas, quæ cum multam materiam aggreget, multum quoque tempus requirit ad coctionem.

Quod putredo duas significationes habet, aut enim febres putridæ intelliguntur fieri in humiditatibus, quales sunt maximè malignæ, putrefactis humoribus ad interna corporis, aut putredines intelligit humoribus malignis ad cutem vertentibus: unde ulcera sœva, & depascentia sunt, qualia tertia sect. 3. Lib. Epid. scriptit Hipp. igitur intelligit utrasque putredines fieri in temporibus humidis. *2. Adm.*

Quod per alvi fluxum intelligit tum lienteriam, tum diarrhaem, tum dysenteriam: primæ duæ laxatis intestinis, & ob pravas coctiones, dysenteria vero putrefaciente pituita. *3. Adm.*

Sed dices ex Hipp. Qui alvos humidas habent, non admodum corripiuntur acutis morbis: at hic supponitur alvus humida. Dic, iis, qui alvum humidum habent, non advenire, non tamen id omnibus accidit; vel dic, licet habeant alvos humidas, eas esse symptomaticas magis, quam criticas: quia non liberant homines à prædictis malis.

Quod epilepsia, & apoplexia apud Gal. easdem causas habent, obstructionem ventriculorum cerebri, in apoplexia integrum, in epilepsia vero imperfectam *4. Adm.* Refert item Hipp. hæc mala ad venarum interceptionem. Epilepsiam tamen probabile magis est fieri ex statu, tanquam coniuncta causa, inde commoveri humoris ad

fes ad obstructionem. Angina, non illa, quæ aestiva est, & ex bile fieri solet; sed qualis hyberna, ex multa pituita ad fauces irruente fieri per hanc constitutionem est verisimile.

Quod in morbis, quos ad siccitates refert; est difficultas propter Gal. nam tabes magis per calidam, & humidam constitutionem fieri docet. Sed dicendum, vel per tabificos morbos intelligere Hecticas consumptiones sine ulcere pulmonis, vel intelligere etiam pulmonis ulcus ob bitem acredine sua erodentem: sicuti enim ophthalmia, & gravedo aliquando humidæ sunt, aliquando siccæ; ita de tibe dicendum, siccitas tabes fieri per hæc tempora. Putredine autem siccias appellat Hip. unde humor paucus emanat. Ophthalmia, & articulorum dolores, exsiccatis iliarum partium nativis humiditatibus. Dysenteriae, & urinæ difficultates ad bitem referendæ sunt.

APHORISMUS XVII. Quotidiana tempestates Aquiloniaæ, &c.

Connec- **C**UM per morbos, qui fiunt in tempore sicco, & humido, in antecedenti probasset, quod XV. Aph. scriptum est, siccitates imbribus salubriores esse, nunc aslumens duos ventos, alterum siccum, alterum verò humidum, videtur eandem rem probare.

Invent. Ventus siccus humido est salubrior.

Ratio Ut ostendat non solum siccitatem aeris esse salubriorem humiditate, sed etiam intent. siccos ventos conferre magis ad sanitatem, quam humidos, unde non repetit hic, quæ V. Aph. sunt scripta.

Divisi. In duas partes secari potest præsens sententia; in quarum prima conclusionem ponit ad Aquilonem spectantem; in secunda verò alteram ad Austrum attinentem.

Demô- **Aquilo est salubrior Austro.** Ergo
stratio. Ventus siccus est salubrior humido.

Consequens facile sequitur. Antecedens verò probatur per duas conclusiones in Aph. positas: quia si utriusque venti (Austri scil. & Aquilonis) juvamenta, & nocumenta considerentur, longe salubriorem Aquilonem esse inveniemus. In Aquilone corpus densatur, sensus, & motus roboretur, at juvamentum Austri sola est alvi humiditas, verum si nocumenta consideres utriusque venti, longe plura, & majora Austrina reperies: nam Aquilo alvum indurat, & dolores lateris, ac tuffes excitat, quæ levia admodum sunt mala, verum in Austro corpus totum languet, & sensus omnes hebetantur, ac motus.

1. Ad- **Quod Aquilo veluti hyenis calidum innatum roborat, & corpus firmat, unde**
potas. **sensus omnes, & motus expediti fiunt: quare & naturalis, & vitalis virtus eo**
tempore maximè valent. Per verbum autem illud (coloratoria) naturalem vir-
tutem robustam esse ostendit; color enim per id tempus præcipue in facie appetet:
nec obstat, quod frigidum intus pellat calorem; quia regreditur ad partes exter-
nas sanguis. Cum verò auditum valere per id tempus, & motum dicit, animalem
facultatem significavit, in siccitatibus enim sensus omnes, medium, ac spiritus
sunt puriores, & tenuiores, & articuli roborantur. At dices, supra dixit siccita-
tes efficere articulorum dolores. Dic, magnam siccitatem intelligere, non eam,
quæ Aquilonis est, quæ cum frigore est conjuncta, ut hic. Omnes igitur opera-
tiones Aquilo roborat; Verum in carnis operationes debilitat, sensus enim, &
spiritus,

2. Ad. **Quod Austro contraria ratione omnes operationes debilitat, sensus enim, &**
spiritus,

3. Adn.

spiritus, & medium incrassat, & humectat, cerebrum replet, articulos liquat; unde & sensus, & motus debilitantur. At dices: sensatio passio est: at humidum, quam siccum ad patiendum aptius videtur: nam in humido facilior fit impressio. Dicendum non omnem humiditatem ad sensationem aptam esse, sed illam, qua aerea est, cum qua siccitas stare potest: vel dic, quod licet in humido facilior fiat impressio, judicium tamen melius in sicco fit; unde mentem sicciam prudentissimam posuere Philos. & Gal. Lib. Artis Med. siccum cerebrum sensibus valere dixit: nam ad sensationem non solum receptio requiritur, sed judicium de receptis, quod melius fit in sicco, utpote in quo puriores sunt spiritus, & excrementorum inopia.

Quod Hipp. 6. Epid. carnium densitatem, humidorem efficere alvum scripsit; e contrario raritatem, sicciorum: ratio in promptu est, quia in denso corpore non ita transpirant excrementa, & ideo major copia ad ventrem confluit, quod in raro non accidit: sed in Aquilone corpora densantur, ergo non videtur verum, quod scribit Hipp. hic, exsiccare alvum aquilonem. Dic, si compareremus homines rari habitus ad illos, qui densas carnes habent, sicciores habere alvos: at quia exsiccans causa in Borea valida est; ideo fit, ut vincat densitatem illam ad alvum humectandam: viget enim per id tempus calor consumens, & attrahens ab intestinis, quæ potentior est ad exsiccandam alvum, quam astrictio cutis. Sed dices: Gal. scribit, excrementa per hyemem esse copiosiora, & urinas majorem habere hypostasim; ergo alvus humectior erit per Aquilonem, qui hyemi correspondet. Dic, differre humiditatem hyemis ab Aquilonia; illa enim cum humore conjuncta est, hac autem cum siccitate: hyemis item frigiditas sensis est; at Aquilonis maximè penetrat. Differt autem hic Arsh. à quinto multipliciter: primo, quia ibi solum de nocturnis Aquilonis, & Austris loquitur, hic vero etiam de juventutis cursus ibi in ægris loquitur, hic in sanis: iterum ibi longas constitutiones intelligit, hic vero quotidianas.

Quod ubi Medicus ad aliquam civitatem accedit, Hipp. auctore, debet primum illius situm considerare, an scil. exposita sit ad Austrum, vel potius ad Aquilonem vergat, deinde aquas, quibus utitur, an lacustres, vel fluminum, vel fontium; tertio dietas, quibus illud genus hominum utitur; quartò, anni constitutionem. Si itaque civitas male posita sit ad ventos, & solem, procurare debet (per artem saltem) locum, & domum eligere, quæ ventorum malignitati repugnet; atque item, si malæ sunt, corrigendæ; diæta item, si prava sit mutanda; anni constitutio, si præter naturam fuerit, per contraria oppugnanda, hinc fieri, ut præcaveat morbos, & sanitatem conservet: nam qui hæc consideraverit, ait Hipp. non solum cognoscet statim, qui morbi sint in illa regione peculiares, etiam si nunquam in ea fuerit, sed prædicet, & præcavebit, cum maxima artis Medicæ glori, quæ cum negligunt medici, ac civitatum etiam gubernatores, in causa sunt, cur multi homines ægrotent, & pereant, quod tamen non contingere, si iis, quantum fieri possit occurrerent per medici pruulentiam. Cum autem civitatum situs maximè sanitatis causam incolarum continet, deberent civitatum conditores Medicos peritos consulere, ut situm eum eligerent, qui maximè esset salubris: multum enim interest, & unum tantum stadium interponatur, ut scribit Hipp. loc. cit.

4. Adg.

'APHORISMUS XIX. Quò ad tempora verò attinet, Vere, & prima Estate, &c.

Conne- **C**UM in III. hujus Libri Aph. ætates varias ad anni tempora varie se habere
xio. pronunciasset Hipp. interpositis sententiis multis clarissimis, ad temporum constitutionem pertinentibus, nunc ad ætates accedit, explicans quo singulæ modo se ad tempora habent.

Intent. Tres ponuntur in textu conclusiones: prima talis est; Pueri, & iis ætate proximi vere, & prima æstate optimè degunt: secunda; senes ætate, & ad aliquam partem autumni valent maximè: tertia; Hyeme, & aliqua autumni parte, medie ætatis homines.

Ratio Ut demonstret, quomodo peculiariter unaquæque ætas se habeat ad anni tem-
incent. pora, ex qua etiam particulari comparatione, facile Medicus colligere possit, quo-
modo ætas ad reliqua se habeant, victim scil. & regiones.

Divisio In tres partes secari potest præfens sententia, juxta tres allatas conclusiones.

Demoſ. Unico medio omnes illæ conclusiones in hunc modum demonstrari possunt.

Tempora bene se habent ad similia, intemperata ad contraria.

Ergo: Pueri ad ver, Senes ad æstatem, Juvenes ad hyemem bene se habebunt, & maxime valebunt.

Antecedens probatur: nam intemperata correctione indigent, temperata vero conservationem postulant. Consequens probatur: nam pueri, & adolescentes temperati sunt, ver autem, & prima ætatis pars temperata dicuntur: senes frigidi sunt, quare ad tempus calidum, quale est æstivum bene se habent, sicuti ad primam autumni partem; sed juvenes, ut robusti, & calidi ad hyemem, & ultimam partem autumni, quæ hyemi correspondet, rectè degunt.

1. adn. Quod cum dico temperatam esse pueritiam, & pubertatem, non intelligere oportet ad pondus, sed ad justitiam: nam corpora generationi propinqua calidissima vocavit Hipp. sed quia calido innato talia sunt, ideo temperata; quia convenientissima ad vitam, & incrementum. Ver quoque non absolute temperatum est, cum calidum sit, & humidum, sed quia accedit ad nostram naturam. Nota autem pueris proximos esse puberes ad decimum octavum annum: sicuti autem pueri ad ver, ita, & illis proximi, ad primam ætatis partem bene se habent.

2. Adn. Quod inter omnes ætates illa recte temperata dicitur, quæ est ad finem juvenitatis, & incrementi: nam & calor eo tempore terminum habet medium, & siccitas in eo statu medium nancisci videtur, ideo æqualitate numerica, ætas illa temperata est. At adolescentia, quamvis in æqualitate ad justitiam sit magis temperata, quæ vitam respicit; non tamen absolute, si consistentur comparetur, temperator est: ætas tamen adolescentiæ ea ratione minus ægrotat, & suffert errata; quia temperies absoluta qualitatum non est probanda magis ad vitam, quam illa, quæ multo sanguine, & optimo abundat, & robur virium habet maximum, praesertim naturalium.

3. Ani- Quod ætas tribus modis se habet ad tempora: primo in ratione universali respe-
m. s. v. ctu vitæ: quo modo omnis ætas bene se habet ad ver, male vero ad autumnum, quia ver saluberrimum est, autumnus autem insalubris: secundo modo in ratione caloris; quia ratione fit, ut omnes ætates robustæ melius se habeant ad hyemem, quia per illud tempus calidum innatum roboratur: tertio, quo ad temperiei corre-
tionem, aut conservationem: quomodo-hic loquitur Hipp.

Sed dices: Cum senes siccii sint, natura deberent lædi à siccitate æstiva.

Se l dicendum, majus esse juvamentum, quod ex calore percipitur attemperan-

te illorum frigiditatem, & excrementa, quibus abundant, absumente, quam
nocumentum exsiccatate.

APHORISMUS XIX. *Omnes morbi, in quibus vis temporibus fieri possunt, &c.*

CUM hactenus varias temporum constitutiones peregrinas scripserit, & mor. *Contra*
bos explicasset, qui ad eas sequi solent, nunc conclusionem ponit valde uti-
lem, tum ad præcedentem, tum ad futuram doctrinam.

Dat proponuntur conclusiones: prima, quod omnis morbus in omni tempore *Inten-*
fieri potest: secunda, quod morbi quidam in certis temporibus magis sunt.

Ut doceat referente Gal. non ita pendere à temporibus morbos, ut ex aliis cau-
sis non pendere possint, & ut ostendat, quod in I. Aph. dictum est, potissimum *inten-*
causam morborum esse aeris mutationem.

In duas partes partiri potest ista sententia: ita ut in prima doceat, in quolibet *Divisio-*
tempore posse fieri quilibet morborum: in secunda autem esse cuiuscunque tem-
poris peculiares quosdam morbos, & proprios:

In omni tempore potest adeisse causa cuiuscunque morbi.

Diffi-
ct. 1.

Ergo: Quilibet morbus in quolibet tempore fieri potest.

Consequens manifestè deducitur. Antecedens autem probatur: quia omnis
morbus, aut ad intemperiem pertinet, aut in alii conformatiōem, aut continuā
solutionem. Sed omnium istorum causae in quolibet tempore adfunt, quia alte-
rans, & destruens ex vieti, exercitio, somno, & vigilia, & aliis violentis sem-
per praesto adest.

Tempus potissimum agit in nos.

Ergo

Demō-
str. 2.

Unumquodque suos peculiares morbos habebit.

Antecedens ex I. Aph. hujus Libri facile patet. Consequens probatur: quia
uniusque temporis mutatio peculiariter ad morbos quosdam magis disponit cor-
pora.

Quid morbus apud Antiquos est, quicquid molestiam, & dolorem corporis af-
fert, nec distinguebit inter morbum, causam, vel symptomam. A uid Juniores,
quicquid molestiam afferit corpori dicitur res præter naturam, et in morbum
causam, & symptomam dividitur. Dicitur autem morbus co*stitutio* non naturalis
actionem primò lædens: num cetera (causi, & symptomi), secundario lædere
actionem dicantur. Morbi tria sunt genera, similares, organicas, & communis.
Similares vel pertinent ad qualitatēs primis, vel secundis, vel tertii. Organicas
ad partis figuram, magnitudinem, numerum, & situm, quoniam loco et via
tam. Co*stitutio* continet, que multis habet species, fracturam, ruina-
tam, valvam, puncturam. Itē igitur sunt omnes morborum species, per di-
stinctiōes ejusdi ferentias i*nventas*: Accidentales vero di ferentiae sunt, per quas di-
citur morbus malignus, aut parvus, vel mediocris; malignus, aut benignus;
brevis, vel longius; evanescent, endemus, aut sporatus; puerilis, aut senilis;
aut in iuvenis. Cuiusque His scribit omnes morbos fieri in omni tem-
pore, leonina specie & inferentia intelligit: quia omnes in quolibet tempore fieri
potent.

Quid morbo bicursa aet. Medicus duplex est, efficiens, & materialis. Est vero *2.115*
efficiens, & incipitis, & quām præcius Medicus intendit: haec duplex est,
vel ipsa natiā generatione, vel postea i*quisita*; rursus, que postea accedit,
aut interna est, aut externa. Interna duplex, vel antecedens, vel coniuncta,
cum vero externa evidens dicitur, que vel necessario nos afficit, ut aer, & rel-
qua

quæ res non naturales, vel non necessariæ, ut casus, aut venenum, & quæ fortuito nobis nocere sunt apta. Hipp. verò omnem morbi causam reducit ad æternum, victum, & violentiam: quia istæ sunt potissimum, quæ morbos creant.

Adn. Quid licet à victu, & exercitio, aut aliis, morbi gignantur, tamen id non sit, nisi potissimum aer accedat diversimodè corpora disponens: hinc fit, ut calidus tempus, calidos morbos creeret, frigidum verò frigidos, & æstas peculiares suos habeat morbos, hyems item suos, sed quia aliquando aliae causæ magis possunt, quam aer, nec tempora semper suam naturam servant, hinc fit, ut in omni tempore omnis morbus fieri possit.

Adn. Quod sententia hec potest diffundi ad temperies, ætates, loca, viatus genera, sexus, quod omnes morbi in illis fieri possunt, licet unumquodque illorum magis quosdam proprios habeat: differt enim natura à natura, ac tempus à tempore, & ætas ab ætate, & quilibet istorum suas affectiones congenitas habet. Illud verò, quod scribit, quosdam morbos in quibusdam temporibus magis fieri, & irritari, significare videtur, morbos non solum magis fieri in quibusdam temporibus, ut puta tertiana in æstate, sed in ea magis irritari, non tamen sequitur, ut periculo fior sit, per Aph. 34. Libri 2.

APHORISMUS XX. Vere Melancholie, Epilepsie, &c.

Conne- **V**ALDE manifesta ratione cohæret præfens Aph. cum superiori: cum enim in eo scriptum sit: quosdam morbos esse proprios cuiusque temporis, modo id explicare aggreditur, assumens ver., & illius peculiares morbos.

Inten- Verni morbi sunt infania, melancholia, epilepsia, fluxiones sanguinis, anginae, gravedines, destillationes, tulles, lepræ, impetigines, vitiligines, pustulæ ulcerosæ plarimæ, tubercula, articulorum dolores.

Ratio- Ut cognoscat Medicus, & prædicere possit morbos, qui ad ver fiunt secundum naturam se habens, & illos præcavere, & curare commodius possit.

Inten- Quo tempore magna est humorum plenitudo, & fusio, necnon corporis rari-

Demo- tas, prædicti morbi fient.

Sed in vere ista adiungunt. Ergo: Eo tempore præscripti morbi fient.

Major probatur: nam existente in corpore plethora, & calore fundente, necesse est commoveri humores, & fluxiones concitari: si igitur natura victrix fuerit, vacuans humorum, haemorrhagias faciet, si verò non ita valida, per abscessum transmittens ad cutim, facit exanthemata, lepram, impetiginem, vitilinem, & postularum genus omne, ad articulos, aut podagrás, & chiragras; at si natura à plenitudine vincatur, tunc transmittens ad partes nobiles, infanía fit, melancholia, epilepsia, angina, raucedo, & gravedo.

Minor propositio probatur: quia eo tempore tum sanguis abundat maximè, tum alii humores, per hyemem, & autumnum præcedentem geniti; adeo & calor jam pullulans, qui fundit humores, & fluxionum origo est.

Adn. Quid ver, ut supra annotavimus, dupliciter consideratur, quod morborum generationem, vel ratione sui ipsius, vel ratione temporum præcedentium: ratione temporum præcedentium multos creat morbos, & pravos, ut epilepsiam, infaniam, & melancholiā; at sui ratione paucos, & salubres, ob quam causim dictum est ver saluberrimum, & minimè exitiale: unde opera veris comparantur à Gil. naturæ operibus, & excitationibus, nam illæ, nisi quid prohibeat, sanitatem conservant, vel materiam, & excrementum proflus evacuando, vel ad ignobiles partes transmittendo, & profundum corporis expurgando, at si vincatur

tur natura, & exercitium fiat indecenter, multi morbi creantur.

Quod cœlepsia, infania, melancholia in melancholico humore fiunt per autumnum præceſtentem affervato, & per hyemis frigiditatem latente; attamen potius verni dicuntur illi morbi: quia per ebullitionem fiunt. Gravedines, destillationes, tuſſes à pituita originem ducunt hyeme affervata, & calore veris commota: At ſanguinis fluxiones, & lepræ, & reliquæ cutis defædationes, proprii ſunt veri, quia natura per ea ſolet corpus expurgare. Evacuatione enim ſeu per nares, ſeu menstrua, ſeu hæmorrhoides plenitudo tollitur: at per impetigines, vitiliges, lepras, pustulæſque, ac tubercula, ſanguis expurgatur fervens, non fecus ac muſtum: ſi igitur ver corpus inveniat bene diſpoſitum, illud conſervat; nec alicuius morbi cauſa eſt, at cum eſt male diſpoſitum, inquantum poſteſt, expurgat.

Quod cū dicit, in vere prædictos morbos ſieri, non ita intelligendum eſt, ut omnes neceſſario in eo tempore ſieri debeat; ſed quod, ſi ſiant morbi, erit aliquis ex prædictis: morbus quoque Gallicus proprius ipſius veri eſt cendus: quia per illud tempus ſe mañifestare ſolet. Sub doloribus articulorum, podagra continetur, qua & ipſa eo tempore ob plenitudinem, & ſuſionem vigere ſolet, ſicuti & ceteri morbi, quibus fluxio origo eſte ſolet; hinc eſt, quod ob iſtas duas cauſas ſcriperit Gal. medio vere parum, & raro eſte nutriendum, licet alioqui ratione temporis multum alere deberemus.

APHORISMUS XXI. *Aestate vero nonnulli horum, &c.*

CUM in antecedenti Aph. de morbis veris propriis determinaſſet, nunc ad *coſteſtatem* accedit, illius quoque peculiares morbos exponens; ſequitur enim *xv.* eſt iſ veri pmo.

Duo ponuntur in Aph. conclusiones, quarum prima eſt; aestate aliqui morbi *Inten-* verni fiunt: Secunda, aestate morbi peculiares, febres ſunt continuæ, & arden-tes, tertianæ plurimæ, & quartanæ, alvi fluxus, ophthalmiæ, aurium dolores, oris ulcera, genitalium putredines, & ſudationes.

In prima conclusione ſcopi ratio eſt, ut demonſtret non eſſe inconveniens unius temporis morbos in alio fieri poſſe; in ſecunda vero, ut exponat peculiares aestate morbos, quo illos Medicus, & prædicere, & curare, & præcavere commodius poſſit.

In duas partes poſteſt ſecari iſta ſententia, juxta duas conclusiones in Aph. poſitas.

Veris finis eam aestate coincidit. Ergo: Aliqui ex vernis morbis in aestate fient. *Demonſt.*

Antecedens declaratur; quia unumquodq; tempus in tres partes diuiditur, juxta principium, medium, & finem; quarum prima, cum antecedenti tempore conſpirat; ſecunda vero ſuam ſervat naturam; tertia autem cum ſubſequenti, ſic vera prima ſu partē cum hyeme conuenit, in media ſuam ſervat naturam exacte, in ultima cum aestate coincidit. Conſequentia facile ſequitur, cui si utriq; tempora in qualitatib; communicant, eosdem poſterunt creare morbos. Erunt tamen ex vernis morbis aestate communib; ſanguinis fluxiones, furores, & qui deſtruunt caloris in vere non pullulant, ad astatem emergunt.

Quo tempore bilis copia eſt multa, & caliditas, ac ſiccitas viget, febres fient continuæ, ardentes, &c.

Sed aſtivo tempore adiunt prædicta.

In aestate prædicti morbi maximè fient.

Minor clara eſt. Major probatur; quia cum omnis febris, vel ex bili febris, aut ex hu-

Ergo

demonſt.

Hipp. ex humorē, qui bilis naturam assequitur, hinc sit, ut quo tempore praecipue illa de nat. abundat, omne genus febris eluceat; eadem autem bilis cum superiora petit, vomitus facit, & aurum dolores, ac lippitudines, & oris ulceræ acrimoria sua, at si infra tendat, diarrhæi creat, seu alvi fluxus; serosa verò bilis humiditas ad cutim translata, sudores facit, & maxime ad partes obsecrandas, quia humidæ sunt; unde putredines, quia caliditas æstatis ad putredinem est aptissima, ob defectum innati calidi.

Adn. Quod febris calor est extraneus in corde accensus, cum verò calor triplex sit, alter elementaris, seu simplex; aliis vero putridus, tertius malignus, ideo statim tres nascuntur febrium species, simplex, putrida, & maligna. Rursum simplex tria habet genera; Ephemeram, Synochum, ac Hecticam; quia unus solum calor excedit. Putrida vel sit ab humoribus in magnis venis putrescentibus, vel in aliqua parte extra venas, maxime ad Jejur, vel l' enem, vel ventriculum, aut intestina, & mesereon; prima putredo facit continuam febrem, secunda intermittentem. Continua, si est in sanguine, putridam synocham parit, si vero in bile, tertianam continuam; si in pituita quotidiam; si vero in atra bile, quartanam: à quo eodem humore fiunt & intermitentes; quintana vero, septana, & nonana ad pituitam, vel melancholiam reduci possunt, sua quantitate, vel qualitate ita evariantes, ut suam periodum non servent. Intermittens autem febris, vel est exquisita, cum suam exactè servat naturam, vel notha, seu confusa; cum ex diobus humoribus simul admixtis nascitur, aut composita, quoties in diversis locis putrescent humores non invicem commixti.

Adn. Quod per febres continuas intelligit omne genus febris, quæ ad infibicitationem non venit, qualis synocha est, & ardens: quæ duo febrium genera nullam manifestam habent accessionem usque ad judicium: per tertianas intermitentes intelligit: quartana febris æstatis propria dicitur, vel quia per calorem sanguis exsiccatur, unde fit atra bilis, quod magis ad æstatis finem continget, vel quartana notha, ob malam victim rationem, ob cruditates, quia per illud tempus, natura male coquit ob paucitatem caloris.

Ans- Quod vomitus maximè fiet in picrocholis, alvi fluxus in iis, qui parte inferna
adv. biliosi sunt, ophthalmæ siccae, aurum dolores, attenuato humore, & penetrante ad sensorium, levitas intestinorum, & à bile, & à cruditatibus, dysenteriae etiam bile mordente: putredines non solum, si æstas humida fuerit, sed si suam naturam servaverit; nam morbi ex putredine citius in æstate accident, tardius in hyeme, ut scripsit Hipp.

APHORISMUS XXII. Autumno æstivi etiam morbi multi, &c.

Conse- **C**UM in præcedenti Aph. peculiares æstatis morbos numerasset, nunc ad
xii. eos, qui in autumno fiunt, accedit, qui tertium locum habent inter anni temporis.

Inten- Duplex conclusio in Aph. habetur: primi, quod in autumno multi æstivi morbi fiunt: secunda, in autumno febres fiunt quartane, & erraticæ, lenis tumor, aqua inter cutim, tabes, urinæ difficultas, intestinorum tum levitas, tum difficultas, coxae dolores, angina, anhelatio, intestinorum coarctatio, epilepsia, insania, melancholia.

Ratio Ut morbos peculiares autumni enumeret ad prædictionem, præcautionem, &
presente curationem, & ut ostendat ex ista multitudine morborum, quod supra scriptum est, autumnum in saluberrimum esse inter reliqua anni tempora.

Juxta duas allatas conclusiones bifariam secari potest præsens Aph.

Autumnus cum Æstate coincidit.

Ergo

Plurimi ex æstivis morbis in eo fient.

Antecedens probitur, quia in prima sui parte æstati correspondet, & multa abundat bilis. Consequens manifestè sequitur. Supratamen de æstate loquens ait, *frasie*, nonnullos procreare vernalis, hic verò plurimos æstivos in autumno fieri dicit; ratio est: quia autumnus majorem vim habet ad morbos gignenlos, quam æstas.

Quo tempore melancholia abundat, & multa in corpore est cacoehymia, meatus perspiratio impedita, & motus humorum ad viscera, tales fient morbi, quales descripti sunt.

Sed in autumno illa adsunt. Ergo in eo prædicti morbi fient.

Major probatur: nam quartinae febres, & erraticæ, melancholia item, & epilepsia, ac infania, atrabilis sequuntur, sicuti & lieni tumores, & ad quos hydroœ consequi solent, motus humorum ad intestina, levitates intestinorum, & dyfenterias, & ileos facit, ad vesicam dysurias, ad pulmonem anhelationes, & tibias, ad guttum anginam, ad coxam ischiatas.

Minor etiam probatur; nam in autumno magna adeat humorum pravitas: quia bilis per æstatem genita in eo asservatur, pituita quoque multa ex copioso aquæ potu, & fructuum esu, atra bilis proprie in eo tempore viget, motus humorum ad interna est, cutis constringitur, ob frigiditatem jam vigentem.

Quod l*iquatuor isti morbi*, quartana febris, erratica, lienis tumor, & hydrops se invicem consequuntur. Quartana verò dupliciter accidit, aut febri continua succedit per abscessum, & tunc præcedit erratica febris, aut fit ex humore melancholico nullo præcedente morbo: fit verò erratica, vel ob motionem bilis cum atrabile, vel sequitur melancholicum humorum, quiccum non æqualiter putrefat, ob suam crassitudinem, ac tenacitatem, primò facit erraticas febres, inde verò quartanas. Appellat autem Hipp. quartanam, quintanam, sextanam, & nonanam, omnes febres erraticas, quæ maximè in autumno fieri solent Epidemizæ Ad has febres, ob aquæ potum, & quia per eas maxime lien patitur, tumores ejus fient; unde hydropes, communicato malo ipsi hepati.

Quod l*coincidentia intestini ileon* solet efficere, pessimum malum, seu obduratis factis, Aquilone jumante, seu multa cacoehymia ex inflammatione confluentibus humoribus ad intestina. Dyfenterias quoque valde pravas, ex atrabili fieri per hoc tempus, verisimile; Item anginam illius speciei, quæ ex bile fit, ac mortificare humor, de qua & Acut. scripsit. Tabes per id tempus peculiaris est ob fluxiones, sicuti & asthmata. Sed dices: Hipp. in vere posuit etiam infaniam, & melancholiæ, & epilepsiam, quas hic repetit, quasi idem morbus fieri possit peculiaris, & affinis duorum temporum. Verum id non est inconveniens: siquidem in autumno propria temporis ratione fiunt, in vere autem, ob humores autumni per hyemem asservatos.

2 Adm

2 Adm

APHORISMUS XXIII. Hyeme pleuritides, peripneumoniae, &c.

EXPLICATIS trium temporum, Veris scil. Æstatis, & autumni morbis, nunc ad hyemem accedit, & qui in eo vigeant morbi, docet.

Connexio.
xx.

Hyeme videntur pleuritides, peripneumoniae, lethargi, gravedines, raucitates, Intensitas, pectoris, laterum, & lumborum dolores, cephalalgiae, vertigines, apoplexia.

Eadem est, quæ in superioribus ratio intentionis, explicare nimicum, quinam Rattis morbi intenta

morbi hyemis proprii sint ad prædictionem, præcautionem, & curationem commodiorem.

Demoſ. Quo tempore pituita multa est, aer verò humidus, & frigidus, pleuritides fient, pulmoniæ, &c.

Sed in hyeme abundat pituita, & natura hyemis frigida, & humida est. Ergo Per illud tempus morbi prædicti abundabunt.

Minor de se clara est: Major probatur: nam per tempus frigidum, & humidum, pectus, & caput, & cerebrum debilitatur, si quidem frigidum illis membris inimicum est: aer enim potissimum ad pulmones, & caput attrahitur, cutis quoq; densatur, at cum multa sit pituita in corpore, nec transpiret, si commoven- tur fluxiones, pulmoniæ fient, & pleuritides, gravedines, raucitates, tusses, materia autem in cerebro retenta, lethargi, cephalalgia, vertigines, apoplexie, laterum, & lumborum dolores à statu coarctatis viis, & resolutione impedita.

1. Adn. Quod mirandum videtur, cur Hipp. non dixit in hyeme fieri etiam aliquos autumni morbos, sicuti supra autumno æstivos, & æstate vernalis. Resp. Gal. sub audiendum esse: quia hyemis principium cum fine autumni communicat; vel di- cas, tacuisse id Hipp. quod pauci ex autumni malis in hyeme fiant: nam autumni finis facillime transit in hyemis naturam ob frigiditatem, non sic autumni princi- piū detrahit de æstatis fine immo in æstatis naturam transit.

2. Adn. Quod cum pleuritides, & peripneumoniæ sint vel nothæ, vel exquisitæ, Hipp. de omnibus intelligit. At dices: videtur potius solum fieri per hyemem debere notham pleuritidem à pituita, immò non contingere per illud tempus: si quidem, sicut qui acidum ructant, & pituitosi sunt, non admodum sunt pleuritici, ita et iam per hyemem, pituitosum tempus, pleura vigere non deberet. Dic, viscera per hyemem multo sanguine abundare: ideo per illud tempus membranam, & ca- lere, & humescere maximè; penetrat autem humor, quia sanguini admiscetur bilis, aut serosus humor; adde laterum dolores, qui à frido sunt, fluxiones concitare, nec valet consequentia à temperamento pituitoso ad tempus frigidum, & humidum.

**3. Ad-
not.** Quod calidum insitum per hyemem quantitate majus est, æstate autem qualita- te excedit; ac proinde, quod refert Arist. rigores maiores per æstatem fieri, quia calidum dissipatur, id non sequitur illam causam, sed potius bilis quantitatem; nam rigor magis fit ex bile, quam à frigiditate; nec etiam, quod scribit, arden- tiores esse acutas febres per hyemem, quam per æstatem, omnino recipiendum est; nam calor intus attractus, cum sit humidus magis per illud tempus, non deducit hominem in eum ardorem, ad quem siccus calor æstatis eum ducet; verum tamen est febrem ardentem, qua hyeme fit, majorem habere causam, quam æsti- vam, sed non ob id erit ardentior, quamvis periculosior, quia hyemalis causon ferè abscessum sequitur, non tamen æstivus.

4. Adn. Quod quemadmodum anni tempora suos peculiares habent morbos: ita & una- quæque regio suos habet peculiares, prout exponitur ad Solem, & ventos, & pro- ut aquis palustribus, aut aliis utitur, vel diversa victus ratione: illos autem hic tacuit, & Lib. de Aere, & Aq. de quibus tamen in fine hujus mentionem facie- mus, breviter illos colligentes.

APHORISMUS XXIV. Secundum ætates autem hi morbi sunt, &c.

**Connec-
tio.** **C**UM de peculiaribus cuiusq; temporis morbis hactenus tractasset Hipp. nunc ad illos accedit, qui in unaquaq; ætate contingere solent; nam à principio dixi- mus Hipp. in hoc Lib. de illis mutationibus acturum, quæ & ratione temporis, & ætatis in nobis sunt.

Parvis,

Parvis, & recenter natis pueris, peculiares morbi sunt: oris ulcera, vomitus, tussis, vigilia, pavores, umbilici infirmationes, aurum humiditates.

Ut demonstret, qui morbi in primis illa tenet & ite contingent, quo Medicus Rivo & predicere illos, praecavere conuicio his possit, & doceat etiam hominem inter cetera animalia morbois maxime obnoxium esse, sicut enim nulla ferè eras est, quæ plurimis, & maxenris non abandonet morbois, quare in qua cura habent nobis est, ne que remedia surferant validia.

Qui etate causa adiunca praedictorum morborum, verisimile est, tales produci. Sed in prima illa teneat & ite praedictorum morborum causæ adiuntur. Ergo ^{Demonstram.}

In ea etate tales morbi maxime creduntur.

Major non eget probatione. Minor in sequentibus annotationibus declaratur.

Quod omnes isti morbi perirent, tum ex mutatione alimenti, tum ex mutatione ^{resti.} loci, tum ex violenti portus, tum ex temperie humidissima illorum, oris itaque ulcera, Aphtha à Graecis dicta, à feroritate lactis procedunt, continua suffusione, & reliqua lactis in ore putrescentibus. Ad hanc, cutis mollitiem, unde facile exauditur illis os, quod genus mili non contemni debet, sed cito curari, ne vires acutur. Est atrum aphtharum genus malignum, quod ad altis magis advenit, per hamidam, & calidam constitutionem, putrescentibus succis in capite, aut per Gallicum morbum. Illud autem recte hanc notat Holl. in regionibus frigidis, ubi hic non ita blescit, sicut in regione Hipp. aphthis non ita fieri, sed magis ulcera serpentina per faciem, caput, & post aures: que Hipp. inter morbos non connumerat, quod per huc corpus patgetur, ideo scribit in iudicis pueros magis epileptas esse obnoxios, minus autem impuros, si utrue a ventre purificent expurgat, quia illi latius continent mili caulin, hi vero extra mittant.

Quod comitus sit in illis vel ob voracitatem, vel comiam, vel aer morbus, aut ^{resti.} ventricali imbecillitatem: ad hanc instatum alimentum: evutero eam per umbilicum, & sanguine nutriebantur, extra vero per os, & lacte. Qui igitur os copiam, & voraciter revomunt, illi & sauroes sunt, & coloratores: nam ventriculus melior in partem lactis amplexus reliquam evomit, at qui ventriculi imbecilli sunt, aut milo lacte revomunt, minus sunt vitiles, & dignoscuntur, quia gracie sunt, & male colorati: prima revomatio inter morbos connumerari non debet, sed secundaria: moius autem lactandi puerulos bis, aut ter in die esse solet. Tares autem ob debilitatem pectoris iis non ita contingere; sed potius, si magna fuerint diuersio, sive intus: quod Gallo omisit: non tamen negandum est, puerulos tules habere, maxime cum ad testiculum mensam extenditur ita atque, cuius causa est de luxo humoris a caute, & aeris frigidas. Vigilia, seu potius excitatores crebro, ac plantas, tum ob cruditatem, tum vaiores mortentes, tum ob dolores ventris, & umbilici, tum ob distinetudinem loci, tum ob fordes, & extremitati nascuntur. Pavores ex terra via orbibus mordentibus cereorum, & os ventriculi ex lacte ex rupto maxime per somnum elevatis sunt, unde excitantur, & ex parte dentium rotundat mutato loco, evisi & alto sunt easeri. Inflammationes maxime, quando os nutritus incertia non recte fecatur. Autiam humdittes ex se adiungit rebus solidis, quilibet per narres exeat, non judicetur morbos. Endebet etiam multos intercessit ex invernis: quare mirum est, car Hipp. omittit eam in operi. Se iugis in sequenti etate frequentius accidit, & usque ad 7. annum, deinceps sequente tem referuntur A. sh.

Quod tunc invenitur illud vita curricularum, quo corpus à calore interno mutatur, & varia iacta, mutationes, & divisiones, pro diversa intentione; unde medi-

vidit minutissimè etates Hipp. præsertim primum cursum, qui est ad 25. annum quem in quatuor divisit etates: spatium autem ab illo termino ad finem vitæ in tres: quia illa divisio ipsissima erat suo instituto. Est autem temperamentum duplex, innatum, & ex nativitate; cum autem temperamenti mutatio, & maximè etatis parvati morbos, tunc magis pariet, ubi cum innato coincidet, ut qui natura humidus est in ipsis ægrotabit in infantia, & pueritia, minus in juventute, & sic de aliis. Fuit autem Hipp. diligentissimus in explicandis etatum morbis, & præcipue primarum, dividens illas, usque ad minimas, quia si quæ etas eget auxilio Medicis, cum ægrotat, illa sanè est, quia invis vulgus hominum, ob ignorantiam Medicis unius, in illis morbis curandis ad nutrices currat, non minus ignoras.

Quidcum isti morbi magna parte ex lacte dependeant, & aliis causis, quas divisiones, Medicus maxime debet esse sollicitus de nutrice, & ubi parvum fuerit, nutritare illud, aut corrigerere. Item quia ex loco cognato, & calido, & leni exit, ut ait Hipp. ideo veltes mandibulam, & levissimas invenire oportet: lavandi quoque multoties, ob fôrdes, quia istæ potissimum vigiliarum, & fletus causæ sunt: aer quoque frigidus vitandus; & cave, ne ullo pacto terreantur joco; quia exter toribus convulsiones, epilepsia, & apoplexia illos facile corripient.

APHORISMUS XXV. Adventante dentiti. nis tempore, &c.

Cum primæ etatis morbos, ejus nimirum quæ ad 7. mensem extenditur, enarrasset in antecedenti, in præsenti modo ad illos accedit, qui ab eo tempore incipiunt, cum scilicet primi dentes apparent: & ad 3. aut 4. annum extendentur.

Dentit. Dentientibus pueris, gingivarum accidunt pruritus, febres, convulsiones, alvi profluvia.

Febri. Ut explicet, quam laboriosa sit humano generi dentium emissio, & qui sint percutiariae ejus effectus, quo Medicus, & prædicere, & praecavere, & curare melius eos posset.

Sympt. Dividitur Aph. in duas partes: in prima conclusionem ponit intentam: in secunda explicat, in quibus magis illi morbi sint spectandi.

Dentit. Dentientibus pueris causæ adfunt gingivarum pruritus, februm, convulsioneum, &c.

Ergo

Predicti morbi in eo tempore fient.

Consequens certum est. Antecedens probatur: nam cum primum erumpunt dentes pruritus fit parvus ob punctionem, qui cum sit continuus, fluxionem concitat, inde inflammationes, inde febres, ob quæ mala vigilint, & cruditates illi sunt, à quibus convulsiones, & alvi fluxus bilescente lacte ob predictas causas.

Quod dentes natura homini dedit in magnam necessitatem, ad attritionem alienamenti, ad lorum elam, ad uram. Horum triplex est generatio Hippocritæ: primi in utero à sanguine menstruo; secunda, ex lacte; tertii, à solidiori alimento: primi decidere solent, nec eos sustinere potest molles o. lumen, deinceps autem secundo, & tertio modo geniti firmantur, & a festinatim mensem conspicuntur, quibusdam tardius, illic vero citius, pro formitatis labore, & alimenti, ac ossium soliditate; primi in lucem venient in foris, anteriores: in leado die decimun mensem canini primi molares ad secundum annum, ultimi ad septimum.

Quid

Quod istos morbos magis accidere dixit Hipp. quando dentes canini exent; sunt enim teretes, & radices crassas habent, & cum difficultate exent, & maxime oculos respiciunt, unde etiam ad eorum aegritudines, maximè ad taurinas partes fieri suppurationes scripsit Hipp. Molares licet latiores sint; radices tamen habent plures, & auctiores, & pluribus aciebus perforant gingivulas, & non ita tenella adveniunt aetate. Addit etiam tales morbos esse magis metuendos iis, quibus illeus est siccior, & merito; quia in istis major exinde pleitudo in corpore est, & eadem de causa crassioribus puerulis magis ista accidere est verisimile. Sed & alvi fluxus, ubi durioribus fiet, & major, & diuturnior erit.

Quod per convulsionem hic illam intelligit, quæ fit ex repletione, nam pueri raro ex siccitate convelluntur, ob corporis humiditatem. Fit autem pueris his duplex convulsionis genus (& comitiale, & febrile) transmissis humoribus ad nervos in illis per quam debiles. Est autem communiter pueris a septimum annum pecularis morbus convulsio, illam tamen huic aetati magis dedit Hipp. quia in ista aetate jam calor magis dilatat venas, & fluxiones concitat, non tamen ita potens est, ut prohibere, & dissolvere possit illas.

Quod istæ affectiones adeo dentium emissionem comitantur, ut inevitabiles sint, quantumvis opera Medicus illa prohibere nitatur; quare bene quidem leniti possunt, & nequaquam in totum removeri: cum vero pueri ob dolores, & febres vigilant, & clamant, nec alia ratio sit leniendi dolorem, quam prebendi ubera, & ex ea suctione cruditates magis augeantur, ideo difficile est admodum talia tractare.

Quod dentes, sicuti & reliqua ossa non sentiunt per se, nisi per nervum, qui ad radicem eorum est, nec stupor, qui in illis sentitur, ita illorum proprius dendus, quia aliis partibus advenire non possit: ea tamen textura fabricavit natura unguis, ac dentes, ut licet in se non sentiant, cibilimè tamen affectiones comunicent, & calidum, & frigidum, sicut metalli, licet durissima, tamen facilimè calorem transmittunt; hinc fit, ut per frigora, & calores, potissimum unguibus, & dentibus doleamus.

APHORISMUS XXVI. *Ipsis vero grandiusculis, &c.*

SUPERIORI Aph. infantiae morbos explicavit Hipp. quare recta ratione accedit nunc ad illos, qui ab aetate ad decimumquartum annum fiunt, & pueritia dicitur.

Morbi pueritiae familiares sunt tonsillarum inflammations, vertebræ, occipitali luxationes, internæ anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ penesiles, satyriasmæ, stranguræ, strumæ, & alia tubercula.

Ratio eadem, quæ in superioribus, ut familiares pueritiae morbos proponat, quo Medicus illos praedicere, & praecavere, & curare commonius ponit.

In pueritia causæ adsunt istorum morborum. Ergo

In ea proprii erunt illius aetatis, & in ea fient.

Consequens manifestè lequitur. Antecedens per singulos percurrendo in subsequentibus annotationibus declarabitur.

Quod omnes isti morbi pendent ex tribus causis; materiei multitudine ob voracitatem, calore jam emergente, & visorum amplitudine; cum enim aetas ista sit media inter infantiam, & adolescentiam, medio quodam modo se habet ad illa: In infantibus obruitur calor ab humiditate, & venarum angustia, in adolescentibus jam diffunditur, & potens est ob venarum latitudinem, at in pueris media

quodam modo se habet, cum medii sint inter eas ætates, igitur abundante musta materia, emergente jam calore, & vasorum latitudine, fluxiones sunt; & quidem si ad fauces, & collum, oriuntur tonsillarum inflammations, luxationes vertebrarum, & strumæ; si ad cutim, tubercula, si ad aures, satyriasmus; si ad pulmonem, asthmata: cum autem multa sit materia, & calor, & cruditas, hinc in intestinis lumbrici: in vesica calculi sunt, & stranguræ.

2. Adn. Quod variolæ, & morbilli ex illis morbis sunt, qui hanc ætatem maximè infestant: quamobrem mirum est, cur Hipp. illarum mentionem non fecerit. Dic, in fine Aph. per verba illa, & alia tuberculæ comprehendisse illud morbi genus, aut non fuisse fortasse tempore Hipp. tale quidpiam; Sed novum esse morbum, ut Gallica lues: quod si sanguinis impuritas illi principium dedit, non videtur cur inter veteres morbos non sit numerandus: si vero aeris putredo illi principium dedit, inter novos connumerari poterit.

3. Adn. Quod tonsillæ, glandulæ sunt ad fauces emunctoria cerebri, sicut, & reliqua colli glandulæ: illis autem pituita repletis, tumor fit, cum vero iste humor ad membranas post aures currit satyriasmus efficit: ita enim accipere oportet vocem istam, non ut elephantiacum morbum, vel ossium temporum eminentiam, aut pudendi erectionem significat, cum pueris istæ affectiones non eveniant: at cum ad colli glandulas venit humor, ac tumores duros efficit, strumæ sunt pessimus colli morbus. Verum inflammatis ligamentis, vertebræ occipitis facilè ad interna feruntur, maxime vero ex convolutionibus, quæ familiares sunt pueris; ubi vero in pulmones effluit materia asthmata sunt, seu spirandi difficultates, quas etiam ex vertebrarum luxatione fieri est verisimile.

4. Ad-
not. Quod calculi generatio familiaris est, tum pueris, tum senibus; quia uterque illorum humoribus crassis abundat: sed pueris magis in vesica sunt, quia renes eorum ob caloris copiam, & teneritatem, & validam expultricem transmittunt etiam crassam materiam, quæ in vesica, ob diuturnam moram concrescit, & lapidem efficit; ideo scripsit Hipp. pueris post mictionem magis fieri calculos: quæ causæ cum in renibus senum non sint; ideo fit, ut illis, & renibus, & in vesica concrescant lapides. Quod vero scribit Fernel. omnes vesicæ calculos, à renibus habuisse originem, licet in adultis probable sit, in pueris tamen id hic negat Hipp. Ceterum ex lacte bilioso pueris maxime fieri calculos scripsit Hipp. quare vinosæ mulieres, & biliosæ, cavendæ sunt à nutritione infantium. Stranguræ & ad calculos, & ad debilitatem musculi vesicæ accedunt. Ceterum non solum in hac ætate pueritiae, sed in antecedentibus calculum fieri posse voluit Hipp. cum ait lac biliosum ad calculum gignendum vim habere: tacuit tamen istum morbum in illis, quia ex alimento potius, & non ratione ætatis, fit, aut, quia non ita frequenter.

5. Adn. Quod lumbrici, animalcula sunt, quæ in intestinis gignuntur, ac triplici differencia constant: Latæ, quorum generatio rara admodum est, Teretes rotundi, ad palmi magnitudinem: & Ascarides, qui parvuli sunt vermes, & maxime in recto intestino, familiares equis. Istorum generatio non à maligna putredine in pueris fit, sicuti in grandioribus, sed à cruditatibus, & sanguinis ebullitione quasi per coctionem: hoc genus morbi, ferinum appellat Hipp. & proprium autumni,

3. ep. i. sicuti ferinum appellat omne ulcus depascens, & malignum. Ceterum latos lumbricos in utero fieri, & per tota intestina distendi sentit. Hipp. seu illud fiat membra nula interna in illud animal se transmutante, seu potius à pituita per tota intestina adhaerente, & putrescente: quod probabilius est; & solent decidere frustulis quibusdam similibus cucurbitæ seminibus, aut etiam majoribus: nec mirum, si quidem in regione Brasilica vermis quidam incipiens à calcaneo, nisi citè extrahatur, totum corpus permeat non dissipili ratione.

APHORISMUS XXVII. *Grandioribus autem, &c.*

EXPLICATIS peculiaribus pueritiae morbis in praecedenti sententia, venit *Contra-*
mo iò ad eos, qui pubertatis sunt: quæ ætas à 10. vel 12. aut 14. anno ad *xx.*
22. extenditur.

Duplicem conclusionem statuit; in una dicit, ad pubertatem accendentibus fieri *Intens.*
multos ex pueritiae morbis: In altera morbos proprios dicit esse ejus ætatis, fe-
bres diurniores, & fluxiones sanguinis è naribus; ideo in duas partes secari po- *Divisio*
test Aph. juxta duas prædictas conclusiones.

Ut ostendat, quibus morbis corripiatur ætas illa, quæ à pueritiae fine ad 15. an- *Ratio*
num procedit, & ut cognoscat Medicus illam omnium ætatum saluberrimam esse, *intens.*
quod paucissimis morbis laboret.

Pueritatis initium coincidit cum fine ipsius pueritiae. Ergo *Demis.*

Labo:abit etiam multis ex superioribus morbis illi ætati affinibus.

Antecepens patet, sicuti enim in temporibus fines, & principia coincidunt, &
ideo Verai morbi aliqui in æstite sunt, & æstivi in autumno, ut supra dictum est,
ita in ætibus contingit. Quod l' verò Vales. ait Hipp. hic non connumerare ætates
integras, sed tempus, quod est à medio prioris ætatis ad medium posterioris, re-
cipiendum mihi videtur: quoniam eas inserit ad invicem, & id provenit, quia
ætates non exactè per annorum numerum distinguuntur, & maximè ex ratione,
qua hic considerantur. Consequens manifestè sequitur quia si præcedens ætas cum
præcedenti adeo communicat, non est mirum fieri ut ambarum morbos commu-
nes; sed pueriles morbos magis in principio pubertatis fieri est verisimile.

Quo tempore sanguis abundantior est, & calidior, & virtus aliquanto debilior,
tunc sicut è naribus hemorrha:giæ, & febres diurniores.

Sed in pubertate ista adiuntur.

In illa sicut prædictæ affectiones.

Major probatur; quia abundantia sanguinis, & caliditas faciunt ad hemorra-
giæ; at debilior virtus, quam in pueris, ad longiores febres.

Minor probatur; sanguis enim abundantior est, priuus ita consumitur in au-
gumentum, sicut in priore ætate; calidior quoque, quia & hec ætas illi magis
calet, & venæ latiores sunt; debilior autem virtus quod limnolo est, quia ob Ve-
nerem superfluam languent magis paberes, quam ueri, & crudelites proinde ag-
gregant magis. Febres igitur in pueris sunt breviores, quam virtus in illis coquens
robustissima est, & expellens; unde à gravissimis morbis ad mirandum usque li-
berantur: adde corpora tenuer, & molle faciliter alterari, ideo febres illis acutio-
res, quam in pueribus.

Quod tunc dicuntur pubescere homines, cum pilos edant, seu ad mentum, seu *1. Adm.*
ad genitalia, quo tempore semen edant mires, & fæmine menstrui fundunt; id,
quod ad annum 14. fieri solet, quibusdum citius, alii autem tardius; calidi
eum citius, frigidi tardius pubescunt. At dices; Ergo malieres, quippe frigi-
dores, deberent pubescere tardius, quam mires: contrarium tamen apparet;
si quidem ille, & citius fripiunt, & pubescunt, quam mires. Dic, citius pub-
escere; quia brevioris sunt vitæ, & ætatis; idcirco in illis citò transeant; adde,
quod cum citius crescere desinat, citius quoque ad genitalia menstrui descendunt;
adde corporum densitatem, unde minus exhalant, & ideo cum pluribus abundent
excrementis, citius nictura per menstrua expulsionem querit.

Quod ibsolutè omnis hemorrha:gia præter naturam dicitur, illa excepta, quæ *2. Adm.*
per

fit per menses in mulieribus, dicuntur autem juvare ex accidenti, ratione alicuius morbi, ut quæ ex naribus fit, aut hemorrhoidibus; dixit autem per nares potius propter sanguinis fervorem, quo ad superiora tendit. Sed in maribus hæc intelligere oportet, quia foeminas ad menses eunt, nisi retineantur magis, quam debet, tunc enim, & foeminas ad superiora vergens, poterit etiam per nares venire.

APHORISMUS XXVIII. *Pueris maximam partem, &c.*

Connexio. **C**UM morbos pueriles usque ad pubertatem hactenus numerasset Hipp. cum que pubertatis ætas potissimum omnes præcedentes morbos finiat, ideo occasionem arripiens, docet in præsenti sententia, quomodo per ætates solvantur morbi.

Intent. Duplex proponitur conclusio: prima asserit morbos pueriles judicari, vel 40. diebus, vel 7. mensibus, vel annis septem, aut denique ad pubertatem: secunda docet eos morbos, qui ad feminis, mensiumve effusionem non solvuntur, inveterascere, & ad mortem comitari: hinc sit, ut juxta istas duas conclusiones Aph. in duas partes meritò dividatur.

Ratio intent. Multiplex scopi ratio est: primò, ut doceat ætates, sicut etiam anni tempora, nec solum procreandi, sed etiam solvendi morbos vii habere magnam: secundò ut doceat auxilium maximum in his à mutatione ætatis petendum: tertio ad prædictionem: quartò, ut ostendat quantum inter cætera ætatis mutations faciat pubertas, & in ea illud tempus maximè, quo venerem exercent homines.

Demonstratio. Quadragesimus dies, septimus mensis, septimus annus, & decimus quartus magnas efficiunt mutations. *Ergo*

Pueriles morbi in iis judicabuntur.

Ad demo. Antecedens probatur: nam quadragesimo dié jam roboratus puer dolores partus spernit: eo quoque tempore primum ridere incipit, septimo mense dentes innascuntur: septimo anno omnino perficiuntur: decimoquarto apparent pili, menses, & semen. Consequens probatur; quia pueriles morbi plurimis ab intemperie fiunt, ea verò per dicta tempora in contrariam mutantur, at magnæ mutations contrariae maxime morbos indicant.

Omnes naturæ conatus sunt ad pubertatem. *Ergo*

Qui morbi per illud tempus non solvuntur, inveterascunt.

Antecedens probatur: quia maxima omnium mutatio est, quæ per venerem fit, & illa eo tempore fit. Consequens manifestè sequitur; quia si quo tempore natura maxime nittitur, non potest solvere. *Ergo*

Neque postea poterit.

Ad 1. Quod cum morbi quidam breves sint, alii longi. Hipp. præcipue intelligit longos. At dices: etiam acuti morbi in iis ætatis fiunt. Dic, eos etiam intelligere, vel quia intra 40. dies terminantur, vel quia dispositiones ad illas per illa tempora finiuntur. Rursus, cum isti morbi, vel ex ætate, vel ex victu, aut cuiuscumque morbi vitio fieri possint; intelligere oportet morbos, cum ratione ætatis fiunt: quia, qui ex victu procedunt, aut alicujus membra particularis vitio, eum terminum non habent.

Ad 2. Quod judicari in m̄rb̄is apud Hipp. absolute est ab bonum, & sic intelligit hic, finire scil. pueriles morbos, aut maximè levare intra dicta tempora. Sed dices num isti dies, & menses, & anni à die morbi, vel nativitatis sint numerandi? Dic, num rando etiam à nativitate, quia licet absolute quartus dies, & septimus mensis, & annus septimus, & decimus quartus sint judicatorii, non tamen id est ratione

tione ætatis, de qua intendit nunc. Intellige autem istos morbos per ea tempora finiri, seu ab utero contracti sint, seu post uterum: maxime vero intelligit illos, qui per circuitum redeunt, ut epilepsia, oculorum mala, lumbrici, strumæ: lapidis autem ætatem non corrigitur, quamvis dispositio ad illum corrigatur; unde judicare intelligit, quo non modo solvantur, sed non amplius fiant.

Quod cum pubertatis duas sint partes; prima, cum menses effluunt; secunda usque ad 25. annum extendatur, Hipp. de utraque intelligit: sed quia potissima est prima pars ad solvendum; ideo dixit, si non solvuntur ad venus, solere interascere: de epilepsia tamen id scripsit usque ad 25. annum, quod tempus cum supergressi sint morbi, non ideo insanabiles absolute judicavit, sed plerumq; quia, quod beneficio ætatis (licet alioquin maximo) curari non potuit, arte, & medicamentis sanari non est impossibile: & maxime cum usque ad 40. annum vires corporis, & calor augeatur.

APHORISMUS XXIX. Juvenibus sanguinis spuitiones, &c.

CUM in XXVII. morbos connumerasset, qui in pubertate sunt, sub qua Connexionem adolescentiam complebitur, nunc juventutis morbos recitat à XXV. anno, ad 35. vel 40. annum, in qua ætate magna pars pubertatis etiam comprehenditur: ita ut à 18. ad 35. annum morbos enumeret.

Juvenibus sanguinis sputa, tabes, febres acutæ, epilepsiae.

Eadem est, quæ in superioribus ratio scopi numerare scil. proprios morbos istius ætatis, quo & prædicere, & præcavere, & curare illos Medicus coñoscere possit.

Quo tempore sanguis abundat, & bilis, minus que sibi carent homines, sputa sanguinis fieri, &c.

Sed in prædicta ætate ista adsunt. Ergo, in ea maximè tales fient morbi.

Mjor declaratur: nam abundantia sanguinis, & acrimonia, nec non inordinata visus ratio facili ne iactio prædictis creant morbos: nam febres acutæ ad bilis, & sanguinis ardorem sequi solent, ruotiones venarum ex abundantia sanguinis, seriosones ex acreline illius, referentes ex subtilitate, ac tenuitate sanguinis: Tabes ad sputa sanguinis sequi consuevere: Epilepsia ea, quæ ex melancholico humore ascitur, aut fieri, aut saltem exacerbari per illud tempus ideo solet, quia tunc maxime atrabilium corus fit.

Mino: probatur; quia in ea ætate desinente junc augmento, sanguis multus adest, acrior quoq; est ob calorem majorem, sicuti bilis multa, errores autem per Juventutem consumunt homines, unde facilis istorum morborum generatio prodiit.

Quod hæc ætis, seu illam adolescentiam, seu juventutem posselles, à 25. ad 42. annum extenditur: sed melius est legere juvenes, quam adolescentes, quia ut diximus adolescentes sub pubertate comprehensi sunt; sanguinis autem sputa, ac tabes, cum à 18. ad 35. annum fieri dixisset, ideo verisimile est, etiam partem adolescentiae comprehendere, quæ ab eo tempore est. Dixit autem sanguinis spuitiones, & non fluxiones alias: quia licet & aliæ sunt, tamen hæc huic ætati peculiaris est, quia parator ad venarum pulmonis ruptionem, apertioem, & erosionem, quare non est dubitandum calorem potissimum causam ejus morbi esse, seu fluxiones concitans, seu sanguinem quoquo pacto effundens.

Quod febres acutas intelligere oportet, ardentes, synochas, tertianas quoq; quæ in ista ætate fieri multæ consuevere: at de epilepsia dubitare contingit, quare, cum puerilis hic morbus sit, & in ista ætate calidissimi fieri scribat? Dic, vel de ea, quæ per consensum fit, intelligere, elata aura, seu vapore quodam ex aliqua

qua parte corporis, utero, scil. ventriculo, vel eum intelligere, quæ calida est, & post 25. annum venit, quæ ex mala ratione vicitus, seu ex morbo quopiam procedit, aut quod epilepsium, licet raro in ista ætate fiat, irritari tamen magis, & affligere gravius, quam antea.

Ad. nro. Quod in fine Aph. scribit alios morbos præter hos huic ætati convenire, intellige, & præcedentis, & subsequentis ætatis: sed illud etiam in memoriam habeto: ætatem illam, quæ est à 14. anno, ad 42. omnium morborum esse feracem, ut scripsit Hipp. Rectè igitur sibi consulent juvenes, si per hanc robustam ætatem bonam vicitus rationem servarint, & maximè, quia tabi sunt obnoxii, non solum autem ad tabem, quæ verè plithisis est, sed ad marascum patata est hæc ætas, ob acutas febres, & calorem abundantem.

APHORISMUS XXX. Ultra hanc ætatem proiectis, &c.

Connexio. EXPLICATIS in præcedenti sententia morbis, qui juventutis sunt, nunc ad illos, qui in consistentia fieri solent accedit, quæ ætas à 35. anno incipiens, usque ad 60. extenditur, & primum senium amplectitur.

Intent. Proprii consistentiae morbi sunt asthmata, pleuritides, peripneumoniae, lethargi, febres ardentes, diuturna alvi profluvia, cholerae, dysenteriae, lienteriae, hemorrhoides.

Ratio. Idem ratio intentionis est, quæ in superioribus, nobis (inquam) ante oculos ponere, quibus morbis ætas consistendi sit subjecta ad commodiorem illorum dignitatem, præcautionem, & curationem.

Dominus. Quæ ætas multos acervat humores, & varios, nec illos facilè consumit, prædictos morbos pariet.

Sed talis est ætas consistendi.

Ergo

In ea ætate asthmata fient, & cæteri prædicti morbi.

Major declaratur: nam pleuritides, phrenitides, caustones, cholerae, dysenteriae ab humorum biliosorum cacochymnia procedunt, suntque magis proprii primæ partis hujus ætatis, & finis ipsius juventutis, at verò asthmati, lethargi, pulmonia, diuturna alvi profluvia, ad pituitæ abundantiam fiunt: verum hemorrhoides, & perinde magni lienes, quartanæ, melancholiae, & cæteri morbi hujus modi, quos sub hemorroidibus comprehendere licet, ob melancholicum succum ejus ætatis valde familiarem, proveniunt.

Minor propositio, quod scil. isti omnes humores abundant in consistentia, probatur, si quidem ob juventutem præcedentem, & calorem, multa abundat bilis, at ob cruditates, & malam vicitus rationem pituita viget, & melancholia jam ejus ætatis peculiaris est: nec humores absuntur ob caloris jam defectum, & virtutis primariae imminutionem.

Ad. nro. Quod hec ætas consistendi similis est autumno: & quemadmodum autumnus omnium ferè maiorum morborum ferax est, ita in ista ætate maxime, & quam plurimi morbi abundant magis, quam in reliqua, & acutissimi, & valde perniciosi: addit etrata, quæ fiunt per hanc ætatem, non ita surserri posse, quemadmodum in juventute, unde disponitur corpus ad illos morbos magis: quare homines per hanc ætatem maximè errata cavere debent, tum eorum, quæ ad comediones, tum labores, tum venerem pertinent: ita enim fiet, ut ad senectutem faciliè perveniant, & incolamus.

Epit. Quod Hipp. dicit hanc ætatem corripi acutis, & magnis morbis, sed addit, habebit diuturna alvi profluvia, & hemorrhoides, verum qui hæc habent, ut ipse acrius.

non semel refert, non solent talibus morbis corripi. Dic, non fieri iis, qui alvos habent humidas, seu ligamorbioidas, verum ceteris, quibus talia non adsunt, aut iis, quibus hec adsunt, cum supprimuntur, tales fieri morbos. Rursum dices, cur epilepsia non meminit in hac etate, cum in illa abundet atra bilis, que epilepsie potissimum causa esse potest: aut, si ob calorem non fit, cur ejus mentionem fecit in antecedenti? An, quod & hujus etatis (quoad irritationem) proprius morbus sit epilepsia? sed magis in antecedenti posuit, quia hec cum multis morbis sit abundans, aut alvum habet fluidam, vel hemorrhoidas, & maximè subiecta sit quartanis, que ab illo morbo liberant, ideo ejus mentionem non fecit. Huic argumento si afferas Aph. Hipp. quo scribit a 40. ad 60. annum fieri maximè apoplexias; dico, apoplexiā etiam hujus etatis esse maximè propriam, & consummrandam inter hos morbos, sicuti quartanam, & melancholiā comprehendendi fabēmorbioidibus.

APHORISMUS XXXI. Senibus spirandi difficultates, &c.

EXPLICATIS jūn omnium etatū morbis, usque ad primum senium, in *Connexione* hoc Aph. ultimæ etatis affectiones narrare intendit, ejus scil. quæ decrepita *ad 65.* anno ad mortem usque.

Morbi, qui ex decrepitate sunt, sunt spirandi difficultates, destillationes *In secessu*, cum tussi, stranguriæ, dyfurii, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexie, malus corporis habitus, cæchexia Græcis dictus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi, oculorum, & aurium humiditates, visus obtusior, glaucomata, auditus hebetior.

Ut enumeret senectutis mala, & do'ores, quibus illa etas abundare solet, quo *Ratio* illis, quantum fieri possit, Medicus occurrat: nec ulla est etas, quæ plurimum *interventus*. morborum sit ferax, & cumulatior; quamvis precedentis etatis affectiones in universum sint graviores.

In senectute adest calidi defectus, excrementorum abundantia, membrorum *Densitas*, infirmitas, ac siccitas. Ergo.

Prædicti morbi in ea etate maximè fiunt.

Antecedens ut notum supponitur; sunt enim senes, & præcipue ultimi, frigidissimi, & caloris innati paucissimum habent, ac proinde membrorum siccitatem magnam concipiunt, sed ob frigiditatem multa acervant excrements pituitosa, & serosa, habent quoque debiles partes, quibus maxime frigidum est inimicum, ut caput, pectus, destillationes facit cum tussi, & asthmata; ad alvum, oculos, aures, eas partes magis, quam decet, humectat; ad renes, & vesicam, nephritis, & stranguriæ causa est; at si pituita in capite retineatur ficit apoplexiā; malus corporis habitus ex frigiditate, contingit, non potente recte sanguificare: at ex densitate cutis, & abundantia fuliginum, & excrementorum putredo innescatur; unde vigiliæ, pruritus; at defectu ejusdem caloris sensus omnes hebetescant, glaci oculi fiunt; consumpto christallino humore: tot igitur in illis hæc etatis exposita est, quos absolute vitare non possumus, licet quibusdam magis, aliis minoris hec accidunt, citius, aut tardius.

Quod ienes, quoad temperiem, dupl ceni considerationem habent, vel secundum tunis partes solidas, vel secundum nutritionem; primo modo dicuntur frigidi, & siccii, quia semper solidarum substantia exsiccatur usque id mortem; at secundo modo dicuntur frigidi, & humidi, tum quia sanguis illorum vitiosus est, tunis quia multis exrementis abundant; habent autem venas latiores, & carnes circa.

circa ossa distantes; unde facile in illis fluxiones magnæ fiunt, qualis est paralysis; nam apoplexia, licet in hac ætate etiam fiat, proprior tamen est præcedentis ætatis à 40. ad 60. annum, quamvis Gal. de illa intelligat, quæ ex pituita fit hujus ætatis propria, sicuti, quæ ex melancholia præcedentis. Card. hic paralyses intellegit: quia eo nomine aliquando Hipp. illum morbum solet appellare. Sed dices: quæ nam est ratio, si senes tot malis sunt subjecti, ut minus egrotent, quam juvenes, ex II. Aph. Lib. dicente Hipp. senes magna ex parte minus, quam juvenes egrotare. Dic non obstarè id quo minus vera sit hæc sententia: quia ibi de acutis morbis loquitur. Vel dic, quod licet tot malis sint expositi senes, tamen ob continentiam minus illis corripiantur. Ruris repugnat, quod scripsit idem auctor, non omnes senes habere alvos humidas, nisi illos, quibus à juventute sicca extitit; contra verò hic dicit proprium esse senum habere alvos humidas. Dic, quod ibi de naturali loquitur dispositione, hic verò de morbosa.

2. Adn. Quod dupliciter providere potest Medicus his malis: primo modo calidum in natum roborando victu calido, & humido, & usu sex rerum non naturalium ad illas qualitates vergente: secundo modo, facilem reddendo transpiratum corporis, in quem usum balneum, frictiones, unctiones, conducunt quam maximè, unde qui vixerat plus quam 100. annos interrogatus unde robur illud acquireret, respondit, intus mullo, foris oleo.

3. Adn. Quod non solum ad morbos, & gignendos, & solvendos unaquæque ètas disposita est, sed etiam sunt ètas, quibus aliqui morbi nunquam fiunt; nam ante pubertatem, ut scripsit Hipp. nec pleuritis fit, nec pulmonia, nec podagra, nec nephritis, nec varix in tibia; at à pubertate ad 42. annum, omnes morbi fiunt, ab eo vero tempore ad 68. annum, nec strumæ fiunt, nec lapis in vesica, nisi prius extiterit.

4. Adn. Quod sicuti ætates suos peculiares morbos habent, ita & regiones; quos morbos appellamus endemios, seu regionales, & pendent tum à situ ipsarum civitatum ad Solem, & ventos, tum ab aquis, & victus ratione, qua homines illi utuntur; quare bene se habebit, hic exponere ea morborum genera juxta Hipp. doctrinam: Qui itaque homines habitant ad Austrum, capita habent debilia, qua ratione vinum non ferunt (quia illis maxime repletur caput) alvi fluxionibus laborant, mulieres morbos degunt, & fluxionibus, ac abortui expositæ, viris accident dysenteriæ, febres longæ, pustulæ multæ, lippitudines humide, paralyses, & defluxiones pravæ. Quod verò alvos habeant humidas; raro acutis corripuntur malis. Verum si aquas lacustres, stagnantes, vel palustres bibant, spleenetici fiunt, ventres duri, & calidi, humeris, claviculis, & facie extenuantur, hydropes quoque illis fiunt pessime, & lethales, quartanæ item, & alvi profluvia ad èstatem: hyeme, & junioribus pulmoniæ, & insaniæ, senioribus aut febres ardentes propter ventris duritiem, mulieribus tumores oboviuntur ob pituitam albam, & vix in ventre concipiunt, & difficulter pariunt, & fetus magnos, ac tumidos, deinde ex alimentis putrescentes, nec purgatio commoda à partu contingit, pueris herniæ accident, verrucæ, & ulceræ in tibiis, & foeminiæ putant se utero gerere, cum non gerant, quia uteri aqua replentur, quæ omnia mala ad aquas referre oportet.

5. Adn. Quod civitas, quæ ad Aquilonem, & ventos frigidos exposita est, & aquis crudis, duris, & frigidis utitur, homines ita afficit, ut ventre inferiori siccæ sint, superiori autem biliosi, capita verò sana habentes, venæ ipsis sepè rumpuntur, & morbi illis vernales sunt, pleuritides acutæ, ob alvi duritiem, suppurationes, lippitudines duræ, & vehementes, ut oculos rumpant, sanguinis vero fluores è náribus.

tibus ad estatem magis, & junioribus 35 annis; Epilepsia paucos occupat, sed vehemens illis est, atque hi morbi viris accidentur. At mulieres multe steriles sunt, ob aquę duritatem, purgationes mensium strage, difficulter pariunt, & à partu pueros nutritre non possunt, quoniam lac aquarum duritie extinguitur; pueris hydropes intestinorum, quandiu parvi sunt. Verum civitas, que ad Orientem exten-
tus, & bonis aquis utitur, salubris est, & Veri similis. E contra que ad Occa-
sum, valde morbos est, & homines decolores, & raucosos facit, & ob aeris im-
puritatem, similis est Aitumio, & omnibus participat morbis predictis.

Q dolum tot mala ex mutatione temporum, etatis, regionum proveniant, 6. 214
Medicus debet se illis opponere, & maxime illos corriger, qui ex situ habitatio-
num contingunt: nam situs civitatum, aer, & aqua, si bona fuerint, non sol-
lum tuerent sanitatem incolis, sed & diutissimam vitam prebent; e contra male
quæ plurimos parunt morbos, & vitam abbreviant. Rectè igitur facerent civi-
tatum conditores, si Medicos consulerent ad locum eligendum commodum, & il-
li qui loca habitant male disposita, si eorum tem opera, nullis impensis parcentes,
corrigi curarent aquas, & aerem ad meliorem reduci formam: quia hęc cura Rei
publicę utilissima est, cum sit conservatiōnē hominum dicata.

Finis Libri Tertii.

RODE.

242

RODERICI AFONSEGA

In Quartum Aphorismorum Commentaria.

APHORISMUS I. *Prægnantes purgabis, &c.*

Corne-
xio.

E

XPLICATIS in præcedenti Libro morbis, qui & ad anni tempora, & ætates fieri consueverunt, modò in hoc IV. Libro, ad particularem tum curandi, tum prædicendi formam accedit: cum verò inter remedia valida medicamentum sit, & usui frequens ideo de pharmaco purganti multa docet, & in hoc Aph. proponit tempus commolum purgandi gravidam mulierem.

Intent. Duas conclusiones ponit in textu, quarum altera docet purgandas esse mulieres à 4. ad 7. mensem; altera vero negat id esse faciendum, ante, & post illud tempus. Et juxta has duas conclusiones recte in duas partes secarī potest ista sententia.

Ratio intent. Ut ostendat, qua prudentia, & cautione Medicus uti debeat in prægnanti muliere, quo scil. tempore illa, & qua urgente necessitate sit purganda.

Demōs. A 4. die ad 7. mensem magis hæret fœtus utero. Ergo
Eo tempore tutius purgantur mulieres.

Consequens facile sequitur: quia timor exhibendi medicamentum in illis est propter abortum.

Antecedens probat Gal. fructuum exemplo, qui arbori firmius medio tempore hærent, quam à principio, & fine.

ad demo. Secunda conclusio facile eadem ratione probatur à contrario.

Adn. Quod mulier grava, cum ex quacunque causa facile fœtum perdat, maxime abhorret omne medicum auxilium, & eo magis pharmaci purgantiss; nam purgans medicamentum, tum sua malignitate, & ingratitudine, tum materiam ad urinas, & alvum commovendo, tum partes internas irritando, tum evacuando, non parum offendit: attamen urgente necessitate dandum esse monet, non omnibus, non quibusvis temporibus, sed si materia turgeat, & in tempore, quam maxime tuto: turgentia enim materiæ, morbum acutum significat, & qui ferè, & fœtum, & matrem, aut saltē fœtum sit necaturns, ideo indicatur purgans medicamentum: Verum ad securitatem, addit à quarto, ad septimum, significans nobis necessitatem pharmaci exhibendi ex turgentia materiæ, & cautionem tum ex turgentia (quia facilius cedit turgens) tum ex tempore, quo firmius hæret utero fœtus.

Adn. Quod multa sunt, quæ dubitationem faciunt in hac sententia: primò, an mulier à quarto ad septimum mensem acutum morbo laborans sit purganda, etiam non turgente materia? Dic, quod sicuti Hipp. illud non negavit, ita aliquando faciendum à nobis: sed docuit turgentiam illam necessario ad id nos compellere, non tamen, si non turget, ideo ab omni medicamento abstinentem. Secundo queritur, si licet purgare ante quartum, & post septimum turgentem materia? Dic quod non, dissimili ratione: sed hic ad prudentiam Medici confugendum, post septimum (etiam turgente materia) purgare plena periculo res est: quia, si sequitur abortus,

abortus, ad 3. mensem, solet emori & mater, & fetus: At ante 4. facile se alitur abortus, non tamen necessario; nam 5. Epid. 50. dierum gravide mulieri uxori Antimachi validissimum pharmacum datum est, Elaterium, ex quo mortua est ulcerata, & tamen non est sequutus abortus, fortasse, quia praoccupavit mors celerima; attamen, turgente materia, etiam ante quartum, purgare licet. Ceterum medicamentum hic non leniens intelligere oportet, nisi materia sit in ventriculo, aut intestinis, sed validum, non tam similes, sed correctum, & potius mediocre, quale est Diaphenicon, vel Electuaria de psyllo, seu de rotarum succo; Apud antiquos enim ut poterit validissimis utentes haemacis, & simplicioribus, non raro medicamenta interficiebant homines, ut patet in muliere praedicta, loco cit. & in Theophilo filio vesicam scabrosam habente, qui etiam vi pharaci extinctus est.

Quod usus medicamenti rarus admodum esse debet, & non nisi urgente necesse est ita exhiberi debet, ideo antiquitas maxime celebavit Asclepiadeum, referente Plinio, qui diaria, frictione, unctione, quiete, clystere medebatur, nil violentum naturae inferens, nec alii auxiliis sanitatem servabat in valentibus, quam mensura cibi ad labores, & Hipp. eorum usum removet a sanis, & a debilibus, atque mali habitus hominibus, & ab acutis morbis maximè in principio, nisi materia turget.

Quod abortus periculum, vel consideratur absolutè, & in universam, vel in particulari, ratione aliquius morbi, primo modo, semper securior est fetus à ^{4. Ad.} quarto, ad septimum mensem, at secundo morbo, utputa in febre acuta magis resistunt trimestres, & quadrimestres, quam majores, quia magis ferunt medianam in acutis necessariam, & minus sufficiunt à calore febri, at in universum debiliiores sunt ante quartum mensem, quia adhuc omnia laxa sunt, & imbecilla ligamenta, unde facile decidunt: non exclusit autem mensem septimum Hipp. sed illas minus purgandas ait, hoc est, in septimo non ita tutò, ac in antecedentibus ^{3. epid.} quarto, quinto, sexto purgationem administrari: nam valet septimo mente fætus, licet maturior, & si decidat, vivere potest, neque ita affligit.

APHORISMUS II. Turgantium medicamentorum usu, &c.

CUM in antecedenti docuisset Hipp. quo tempore, & qua necessitate præconvenire purgare conveniat; nunc, arrepta occasione, docet præceptum ^{Connex.} xii. ad purgationem valde utile.

Duae proponuntur conclusiones in textu, ideo rectè in duas partes secari potest: *Diversio* prima docet talia esse medicamentis purganda, qualia sponte prodeuntia juvant, secunda vero sistere ea, quæ sponte prodeuntia non juvant.

Ut doceat, quando in purgatione imitanda sit natura, & quando corrigenda. *Ratio* Prima conclusio per se clara est: nam Medicus evacuans imitator est naturæ re-intent. & operantis: Secunda etiam clare deducitur: quia, cum natura male operatur, Medicus occurrit, ut corrector, ideo si non juvant sponte prodeuntia, sistenda ^{Dem. frat.} sunt.

Quod initura in evacuando dupliciter juvare potest: aut simpliciter, aut secundum ^{1. Adm.} dum est: primo modo juvat, cum educit materiam peccantem coctam, & per loca conferentia: secundum quid juvat natura, quoties materiam crudam, sed turgescit, aut venenosam à principio educit: tunc etiam si tolerantia non sequatur, resue manifesta conferentia: quia tamen melius est illam materiam extra corpus esse, quam intus, non sistenda est illa evacuatio, nisi cum adeo vires debilitat,

sitat, ut de illis necesse sit Medicum esse sollicitum, non igitur omnis symptoma tica vacuatio sisti debet, sed quæ manifestè vires lœdit; ideo in exanthematis febrium malignarum, licet apparent in principio, trahimus nihilominus ad cutim, quia præstat materiam extra trahere, quam intus esse. A principio itaque nulla vacuatio bona absolute esse potest, at secundum quid bona dici debet: ideo moveante natura materiam turgentem utiliter, adjuvanda medicamento, si imperfæcione moveat, aut minus; cum verò magis, quam decet, movet, aut quod non decet (ita ut majus malum appareat ex illa operatione, quam bonum) sistenda; cum verò è contra adjuvanda. Sic ratione ejus, quod magis urget, in cholericâ passione, qua bilis sursum, & deorsum symptomaticè movetur, & vomitoria, & alvum ducentia exhibet Hipp. ut tollat morbi causam, & nullo pacto talis vacuatio à principio sisti debet, nec etiam sistenda est purgatio; quæ neque lœdit, neque juvat, sicuti neque adjuvanda.

*Ad-
notas.* Quod hic Aph. differt à secundo primi Libri; quia hic loquitur de materia, quæ est in motu; ubi verò in universum: hic de purgatione solum, ibi de omni evacuatione: hic sistendam esse vacuationem eorum, quæ prodeuntia non juvant, at ibi solum ex conferentia, ac tolerantia bonam judicat operationem. Potest autem intelligi Aph. non modò de materia, quæ actu movetur, sed & de quiescente. Verum primus exponendi modus magis est accommodatus ad antecedentem Aphorismum, in cuius contemplationem hæc scripsit.

A PHORISMUS III. Si qualia oportet purgari, &c.

HIC Aph. jam I. Libro satis est explicatus, quare nostram hic diligentiam non requirit.

APHORISMUS IV. Æstatem superiorem potius, &c.

*Conne-
ctio.* C OEP TAM de purgatione materiam prosequitur Hipp. & cum in antecedenti de humore peccante indicationem sumplisset, nunc de loco purgationis agit.

Æstate superius, Hyeme interius purgare convenit.

Intent. Ut sumens ex tempore indicationem ostendat locum ad purgandum aptum, & proinde tempus non solum purgatione, sed in omni alio remedio magnificendum.

Ratio. Æstate natura ad superiora elevat humores, hyeme ad inferiora. Ergo.

Intent. Per superiora æstate, per inferna hyeme educere convenit.

*Demô-
stratio.* Antecedens probatur, si quidem calor ille humores extenuat, & bilem producit, quæ facilè elevatur, verum hyeme frigiditas condensat, & comprimit; ac pituitam gignit, quæ gravis cum sit, magis ad inferna vergit.

Adn. Quod ventres sunt tres, caput, thorax, & abdomen: caput humeris terminatur, thorax septo transverso; abdomen dicitur quicquid à costis est ultimis usq; ad pubem, & pudenda. Ceterum verba illa superius, & inferius, multis modis intelligi possunt; primò, ut locum indicet purgationis, ut æstate per vomitum, hyeme dejectione purgemus: secundo, ut non locum purgationis indicet, sed doceat æstate purgandum esse magis supernum ventrem, hyeme autem internum: tertio, ut non fiat comparatio æstatis ad hyemem ex purgationis loco, sed quod cum in utroque tempore supra, & infra purgare liceat, tamen in æstate magis per superna, in hyeme autem per inferna purgandum sit: manifestum autem est priuum sensum esse conformem auctoris menti, si quidem ipse seipsum exponit in VI.

Aph.

Aph. infra dicens, graciles purgandos esse per superna, nisi hyems adsit.

Quod purgatio, vel est lenitiva, purgans solum humores, qui in ventriculo, & ^{z. Ad 4} propè ipsum resident, vel eradicativa ex toto corpore dicens, Hipp. loquitur hic ^{ut. ad 4} de secunda, qua totum corpus purgatur, at non de prima: quia, ut scripsit, per sex menses hybernos vomendum, quia pituitæ plus adest, & capitis gravitas; in æstate autem confundat clysteres. At dices; cur bilis in ventriculo non est educenda per superna? an quod timet influxum bilis ad ea loca, ob tempus ipsum, & consultit securiorem, ac tutiorem modum evacuandi per revulsionem? Alii solvunt contradictionem dicentes, hic de ægris loquitur Hipp. loc. autem cit. de sanis.

Quod in loco purgandi eligendo potissimum motus naturæ spectari debet; ideo, ^{3. Ad 4} licet hyeme, & in ventre inferiori sit materia, si natura sursum vergat, supra purgare oportet, nisi revulsionis gratia ad contraria mouere oporteat: ob hanc itaq;^{z.} rationem, non semper per superna dixit movendum in æstate, sed ut plurimum, quia sursum elevantur eo tempore omnia. At dices: bilis multa æstate gigantur, & meatus vesicæ fellis ad duodenum est; ergo magis ad inferna movendum. Dic verum esse, at ob hanc rationem fieri æstate dixit alvi profluvia, sed quia facile regurgitat ad ventriculum, & statim superiora petit, & ventriculum bilesccere facit, ideo per superna esse ducendum, immo ventriculus ipse sua caliditate bilem ea tempore trahit.

Quod vomitus antiquis familiaris admodum fuit; neg; enim toties de eo scripsit ^{4. Ad 4} set Hipp. & in Aph. & alibi, nisi frequenter esset in usu; at nostro hoc tempore abolevit, tum quia natura abhorret illam evacuationem, tum ob consuetudinem, unde solemus etiam æstate per inferna purgare; tunc etiam est inferna purgatio multis de causis: primò, quia humores sua gravitate magis ad inferna declinant: secundò, quia magna vasa à toto corpore mandantur ad intestina, utpote que ad excrementa destinavit natura. Adde partes esse ignobiliores, & minus ideo offendi. At licet ista vera sint, non est tamen negandum vomitum iis, quibus facilis est, utilissimum esse tum ad sanitatem servandam, si fiat bis in mense, tum etiam ad gravissimos morbos sanandos, eos potissimum, quibus cruditas origo est, quare vix alio remedio longæ febres, & quartanæ sanari potuerunt.

APHORISMUS V. sub canicula, & ante caniculam, &c.

CUM ex æstivo tempore, in antecedenti sententia, loci purgationis rationem sumeret, nunc ex eodem rationem aliam consideratione dignam ad purgationem assumit. ^{Contra}

Sub canicula, & ante caniculam difficiles sunt purgations.

Ut Medicus per ea tempora; quoad fieri potest, medicamenta purgantia fugiat, ^{Intens.} nec nisi magna in necessitate adhibeat. ^{Ratio intent.}

Sub cane calidissime sunt carnes, virtus languet: ergo in eo tempore difficiles sunt purgations. Antecedens probatur: nam æstatis illo tempore ob maximum ardorem carnes calidissimæ, & siccæ sunt, virtus vero languet; quia dissipatur innatus calor. Consequens probatur; quia sicuti in vehementibus febribus, ut scripsit Hipp. cum in illis caro, & venter calidi sint, medicamentum assurunt, & nil expurgantur; ita per canem, calidissimum anni tempus, quod fortissimis febribus correspondet, purgantia medicamenta assumentur à carnibus: & bilis spargitur, ac non purgatur, hanc ob rationem scripsit raro in acutis morbis medicamento purganti uteam.

Quod ortus caniculae est per id tempus, quo Sol leonem ingreditur, quod sydus cum sole oriens, inflammationem, & ardorem auget, nec solum per qualitatem ma-

nifestam, calefaciendo scil. sed per occultam agit in hæc inferiora: sentiunt enim maria, & elementa, ac animalia illius ortum; canes in rabiem vertuntur; astunt maria, aer occultam nocendi qualitatem concipit: igitur sub ipso cane, idest, quo tempore exoritur cum sole, & ante canem, per aliquot dies, difficiles dixit purgationes, qui dies ferè quinqua ginta numerantur, ortus autem istius syderis secundam astatim partem facit, & per id temporis Etesiae, venti Boreales, flare incipiunt ad temperandum aerem; nam sol antequam cum cane sydere oriatur, non habet tantam vim, ut ad polum Arcticum nives dissolvat, à qua dissolutione venti illi prodeunt.

2. Adn. Quod non solum caniculae exortus; sed omnis syderum vehemens mutatione fugienda est in magnis remediis, unde scripsit Hipp. vitanda esse equinoctia, & solstitia per dies x. ante, & post; nec per illa tempora aliquid mollendum; nisi urgeat necessitas; maxime autem solstitia, quia tempora sunt fortiora; hic vero uno caniculae exemplo intelligi voluit, in magnis mutationibus difficile ferri pharmaca: Non solum ad tempora, sed & ad regiones traducenda sententia: quippe calidissimæ, & frigidissimæ medicamenta difficile ferunt. Atque ut brevis est Hipp. & ex particularibus colligere solet universalia, non solum medicamenta purgantia vult nos intelligere, sed etiam horum exemplo omnia alia magna remedia, ut sectionem venæ, unctionem, sectionem, aliamve id genus difficile ferri in canicula ipsa, & per consequens in magnis omnibus mutationibus, & calidis.

**3. Ad-
pot.** Quod licet difficile medicamenta ferantur per caniculam, non tamen Hippocr. negavit, & pharmaca per ea tempora, & alia remedia facienda esse, ubi necessitas urget, verum ista remedia quantum ad temporis conditionem spectat (quam quidem magni facere Medicus semper debet) difficile ferri significavit; medicamenta igitur eo tempore potius humida, & lenia, qualis est cassia, manna, aut rhabarbarum, & in forma potionis, ob siccitatem, exhibenda, & fortia etiam, ubi necessitas id postulare videatur.

APHORISMUS VI. Graciles, & ad vomendum faciles, &c.

**Conne-
xio.** **R**ECTE adhæret hæc sententia superioribus; nam cum de indicatione locus suis esset, quæ a tempore sumuntur, ad locum purgationis eligendum, nunc de illa quæ ex corporis habitu accipitur, illi sermo est.

Intent. Graciles facile vomentes supra purgandi sunt excepto hyeme.

Ratio Ut doceat rationes loci purgationis solum ex tempore, sed intent. etiam ex alijs, ac in primis ex habitu corporis, nec non etiam, ut cognoscamus magnam esse vim temporis ad prohibendam, & coindicandam eam purgationem.

Demis. Ubi natura cum consuetudine concurrit, imitanda est, nisi quid magis prohibeat. Ergo graciles facile vomentes supra purgandi sunt, excepto hyeme. Antecedens declaratur; siquidem, si natura imitanda est, tanto magis cum aſſuetudine conjuncta.

2. apb. Conſequens probatur; nam gracilis natura multum bilis acervat, quare sursum vergit, igitur illac purgandi; adde ex his ventrem inferiorem extenuatum esse, & ad infernas purgationes parum tutum, ut scriptum est.

1. Adn. Quod graciles sunt in duplice differentia, quidam ex natura, quidam autem ex morbo Hipp. non loquitur nisi de illis, qui ex natura tales sunt; iuris gracilis à natura, vel est talis cum venarum amplitudine, vel cum venarum gracilitate, primus est biliosus, secundus melancholicus Hipp. autem de gracilibus biliosis loquitur, nam melancholicos infra vehementius purgandos dicit.

At dices; videntur tales biliosi habitus etiam facilis vomitionis, cur ergo addit, & facile

facile vomentes? Dixi, duplarem esse biliosum habitum, vel ad partem superiorē, vel ad ventrem inferiorem: picrochoi ventre superiori facile per superna purgantur, at non qui iuferno ventres tales sunt.

Quod ex isto Aph. colligitur, crassos esse purgandos infra, non tamen valde crassos, sed mediocriter carnosos, ut in sequenti; nam valde crassi homines, & ventoli oamnem purgationem difficile ferunt. Ceterum cum vitrandam esse hyemem monet in gracilibus, & facile vomentibus, significavit magnum esse eam, quæ à tempore sumitur, indicationem, & superanteum tum habitum, tum confuetudinem, non tamen verinde negat hyeme unquam per superna purgandum: confundit enim sunt ad tempus multa, ut si facile vomens, & gracilis laboret per hyemem bilioso modo, supra purgabitur, at neque etiam semper per superna isti purgandi sunt etiam extra hyemem, cum informa purgatio magis aliquando indica. Rīpo sit ob pituitosum molbum, vel reversionem, aut quid sicut aliud. Utrum autem in magis debilitet vomitus, an dejectio, dic vomitum in ipsa operatione magis affligere, at iniectione purgationem post operationem.

APHORISMUS VII. *Agre vomentes, & modicē carnosos, &c.*

HIC Aph. adeò cum superiori coheraret, ut illius versus videatur, & ex illo consecutione quid em erat, talia in ex parte.

Agre vomentes, & modicē carnosos in hyemem, devitantes astitem. Intent.

Ut ex contrario habitu docet et praecepit et ceteros in illo purgationem ictum, & præterea non minorem vim habere repugnanti astivam tempus dejectioni, quam tacent. Rīpo hyemale vomitū.

Graciles, & facile vomentes supra purgandi sunt, excepto hyeme. Ergo Demo-

Carnosi mediocriter, & difficilis vomitus, infra purgandi astatem vitando strati.

Antecedens Aph est, qui præcessit. Consequens ratione ducti ex contrario facile colligitur: nam sicut graciles, quia biliosi supra purgandi erant; ita crassi, quia pituitosi, infra.

Quod crassus, & gracilis habitus talis dicitur per comparationem ad mediocre, rīpolus uterque tam gracilis, quam crassus, vel sunt in extremo tales, vel non in extremo; si extrema natura, seu extenuata sit valde, seu crassi admodum, nullam evacuationem faciliter tolerat, ideo de his non loquitur: mediocris eadem ratione se habet ad vomitiva, & dejectoria: ergo hic crassos intelligit, non mediocres carnis, sed crassos non valde; magis tamen, quam mediocres: nec etiam omnes tales, sed illos, qui alibi sunt, & venas angustiores habent, qui natura sunt pituitosi: nam dispositio athletici (quæ crassior est, sed multo sanguine abundant) etiam purgatione non indiget, sed sectione venæ potius. Nota hic, quod graciles cum magnis venis sunt calidi, & siccii; cum parvis frigidii siccii: crassi cum magnis venis calidi humidi; cum parvis venis frigidii humidi: de his loquitur Hipp. in Aph.

Quod crassi, ut plurimum sunt difficile vomentes, quia tamen contingere potest, ut, qui habitum tales (ob compositionem meatus bilis ventriculi superiora spectantis, & petentis) facile vomant, ideo addit, facile vomentes: et sicut hyems prohibebat in gracilibus supernam purgationem, ita hic in crassis, quia temporis ad resistendum magna, ut dixi, est potestas, non quod aliquando intra hyemem ob aliquam majorem urgentiam etiam crassi isti per superiori non sunt purgandi. Solet autem jubere vomitum iis naturis Hipp. ad extenuationem, & ante cibum, sicut gracilibus post cibum.

Quod carnis, & putredinis moles, ac proinde crassities dispositionem sequuntur 3 Adm.

humorum & cutis: qui enim raro sunt corpore, & humores habent paucos, ac tenues, graciles evadunt, contra qui multis abundant humoribus, & crassioribus & difficile transpirant, crassi evadunt, qui medium dispositionem habent, eusardi fiunt: ut vero media natura melior, & exoptabilior est: ita gracilis potius , p. 2b. quam crassa ab Hipp. ad vitæ diuturnitatem, magis commendatur.

APHORISMUS VIII. *Obnoxios phthisi, &c.*

Corre- **C**UM in VI. Aph. graciles per superiora purgandos monuisset, in hoc Aph. *cti.* glosat illam propositionem, eos excipiens, qui tabi sunt obnoxii, quia hi homines graciles ut plurimum sunt.

Uers. Obnoxios phthisi lupra ne purgato.

Ratio Ut vitemus vomitum in illis, qui ad tabem sunt parati, quia ruptionis venarum, unde tabes fit, periculum ex eo est non parvum.

Mem. Vomitus tabi obnoxiis facile tabem inducere potest: ergo in illis est vitandus : Antecedens probatur; quia cum per vomitum partes superiores laborent, & peritus concutiatur, facilè vena in pulmone, vel rumpi potest, aut aperiri, aut varicosa fieri, vel fluxio aliqua commoveri, unde postea tabis origo fiat. Consequens manifestum est; si quidem tabes pessimus morbus est, à qua non nisi per maximam fortunam liberari ager potest.

Adm. Quòd signa eorum, qui parati sunt ad tabem, sumuntur ex compositione, ac temperamento partium, ex sexu, etate, & parentibus. Quòd igitur ad temperiem attinet, tabi obnoxii frigidi sunt natura, seu quod frigiditate positiva tales sint, seu privativa per calidi innati absentiam, licet caliditate extranea abundant. Habent enim principalia membra debilia, & præcipue cor, & pulmonem; id quod ex compositione thoracis deducitur, nam collum habent longum, gracile, guttur elevatum, angustum peitus; id quod, & capitis, & cordis imbecillitatem ostendit: si quidem ossa, ut ait Hipp. ex capite astimanda sunt; nam parvum cerebrum sequitur parvum caput; inde angustum collum, & thorax, & spina, & reliqua articula ossa. Cum igitur debile habeant cerebrum, facilè ad fluxiones parati sunt, & cum cor frigidum habeant, & imbecille, ideo multi flatus in illis significantur: unde pectoris dolores vagi, à quibus rumpuntur venae: sunt etiam tales iracundi, & rixosi non vera iracundia, sed potius effeminate ex tristitia.

Altera Quo ad reliqua pertinet, dura corpora facilius tabe laborant, quàm mollia, ea scil. quæ est ex venarum ruptione, ut scripsit Hipp. sed mollia magis corripiuntur tabe, quæ ex fluxione fit; ideo virtù magis à ruptura, foemine fluxione periclitantur. Fit autem maximè tabes à 13. ad 35. annum. Quòd ad regiones attinet, que ad Aquilonem vergunt gentes, ad tabem ex ruptione promptæ sunt. Est tamen morbus hic hereditarius, ut signum à parentibus, qui tabidi sint mortui, validissimum censeatur, habent enim ejusmodi homines substantiam pulmonis flaccidam, & ad putrescendum paratam.

3. Adm. Quòd (seu legas paratos ad tabem, seu actu tales; omnes à vomitu arendi sunt; in tabidis enim morbus exacerbatur, & ulcus in paratis timor ne inducatur. Sed sicuti ad supernas purgationes tabi obnoxii sunt excepti, ita etiam ad infernam; cum partes etiam infernas debiles habeant, & in tabidis periculosus admodum sit alvi fluxus. Sed quid dices Hipp. qui in tabe helleborum exhibet? dic in universum prohibendum vomitum, à tabidis: verum ubi magna est fluxio, urgente necessitate, possumus per superiora purgare, si sint ad vomitum faciles, si minus, hellebore nigro infra purgandi,

Quod

Quòd signa tibis, quædam sunt antecedentia, quædam jum presentis morbi significativa, alii jum consumati: antecedentia sunt pectus angustum, collum longum, & gracile, scapulae altæ, carnis parvum, tussicula, dolores pectoris, flatus, pirentes præcesserunt tales, tristitia, iracundia, ætis adolescentia. At signa presentis tibis, & pulmonis ulcerati sunt hæc, tussis, febricula continua, sanguinis, aut puris, aut bilis sputum.

Consumatam autem tibem, maxilla rubor, sudor, cævitas oculorum, & unguium, digitorum plumbens color, & curvitas, tumores pedum, inappetentia, & quòd febris ad noctem exacerbatur, aliaque, de quibus dixit in Prog. patefaciunt.

APHORISMUS IX. *Melancholicos infra, &c.*

CUM graciles sint vel biliosi, vel melancholici, supra dictum, sit biliosos *Contra* per superni purgandos, nunc de gracilibus melancholicis verba facit, expli-
cans, qua ratione sint purgandi.

Melancholicos infra vehementius purgandi.

Ut cognoscamus ex gracilibus quosdam per superna, biliosos nimis: quod-
dam autem per inferna esse purgandos, scil. melancholicos: secundo, ut docet intent.
inter alios humores melancholiam fortius indicare medicamentum, ac proinde bi-
lios debilius.

In duas partes potest dividi sententia, ut in prima conclusionem intentam po- *Divisio-*
nat: in secunda vero probationem illius.

Melancholia inter alios humores difficultioris est eductionis. Ergo

Per inferna vehementius purgandi.

Antecedens probatur: quia melancholicus humor sua natura frigidus, & siccus
est, & pertinax; ideo inter omnes humores sol et maxime diurnos morbos crea-
re; quinimo ubi medicamento valido quis purgatur, foras primò venit bilis, ait
Hipp. inde pituita, tertio melancolia.

Quòd melancholicus vel est ex natura, vel ex accidente, vel ex morbo. A natu-
ra melancholicus multiplex est, primi species dignoscitur colore nigro, & pilo ni-
gro, & crasso satis denso; cui accedit corporis habitus siccus, & muscularis, &
gracilis; secunda species eorum est, qui sunt decolores, plumbosi, seu lividi,
graciles, ac ut plurimum stupidi, & ignavi, de quibus mentionem facit Hipp.
quo plangunt nemine molestante; & oritur id ex crassi pituita, que melancolia aliquando dicitur: terciæ species eorum est, qui pilo sunt rufi, facie etiam ru-
fa ex adustione flavæ bilis; quartæ species ex adustione sanguinis, qualis est in len-
tiginosis. Qui vero ex accidenti sunt melancholici non ex natura, id illis contin-
git: quia sanguis, vel bilis aduritur per labores, vigilias, aerem calidum, & sic-
cum, & hepar valde calidum. Melancholici ex morbo sunt quibus metus, & me-
stitia sine causa manifesta inest, de quibus omnibus vera est Hipp. sent.

Quòd in secunda parte Aph. causam adducit Hipp. cur melancolia debet per
inferna vehementius purgari; dicens rationem ex bile: quia bilis levius est, & ad
superna vergit, melancolia gravis, & ad inferiora.

Ergo bilis levi medicimento, sed melancolia, & quicunque crassus humor,
seu pituita, seu crassibilis per inferna vehementiori medicamento purgandi. At
tamen dices: melancholici debiles sunt: ergo non validè purgandi; adde bilem
atram difficile cere medicamentis; ideo potius monent Medici per vices purgan-
dum melancoliam: adde quortanarios, & melancholicos maximè per vomitum
trari. Dic, quòd humor melancholicus, quantum in se est, validum requirit

medicamentum, & valentius, quam bilis, seu pituita: sed tamen ob alias rationes sit aliquando, ut moderemur medicamenta; Nec omnes melancholici debiles sunt; Cum vero, ob cruditates multa in illis signatur pituita in ventriculo; ideo virtus illis quam maximè confort, ut quartanariis; habent autem melancholici, epid. ait Hipp. sanguinem ichorosum, ideo multa abundant pituita. Videmus tamen in morbis melanocholicis, & rebellibus, ut quartanariis, hieposis, infirmitibus, melanocholicis, antimorbi, & validorum medicamentorum facultates magnè vim habere, dummodo coconstant vires.

APHORISMUS X. *Purgandum in valde acutis, &c.*

Conse- **C**UM hactenus Hipp. de purgatione multa præcepta tradidisset desumpta ;
cito. tum ab anni tempore, tum consuetudine, & habitu corporis: nunc de illa agit, quatenus à morto fescuntur, ac tempore illius.

Intent. Purgandum in valle acutis, si tur, et materia eodem ipso die.

Ratio. Ut doceat debet Medicum esse vigilissimum, in arripienda occasione; ne intent ditherendum remedium, praecipue in morbis acutis.

Diffiso. In duas partes secari potest praefens fertentia; ut prima contineat conclusionem secunda verò rationem illius.

Diffiso. Differre purgatio cum turgentem materia in valde acutis malum est. Ergo Eadem ipsa die purgandum.

Conseruens manifestè fertur. Antecedens probatur; nam turgens materia statim vacuanda est, antequam rapitur ad membrum aliquod nobile; præterea circa principia, & fines non overdum, non in vigore: adde materiam turgentem, ut plurimum non indigere preparatione, cum tenuis sit, & in motu.

Adn. Nōd materia turgens dupliciter intelligitur, aut enim hinc inde movetur, non habens determinatum locum in corpore; aut turgens dicitur, quia movetur ad aliquam partem ad faciendum vel ministrandum, autem non fumetur: prima turgentia indicat purgationem esse faciendam: secunda vero sanguinis emissionem; ideo Ach non solus ad Phaimaciam, sed ad Chirurgiam inscribitur. Non est autem procrastinandum remedium, sed eodem die, immo eadem hora, in valde acutis, qui celerrime praoccupant hominem adhibendum.

Adn. Quod scripsit, in valde acutis, tūm quia in his materia ut plurimum turget, tūm quia hī minus dilationem ferunt, sunt autem valde acuti morbi, qui intra septimum terminantur. Medicamenta vero purgantia cum ratiæ meditatione exhibenda in acutis non vult, in cuius etiam ratio competere scripsit: quia in febribus fortibus, & magnis purgare non oportet, sed tutius est clysteribus uti, donec febris demittat; quia viscera ardertia trahunt medicamenta, & assumunt illa, & diffundunt billem, ne purgant; Verum in turgentia materiæ conceduntur; quia ipsamet ad hujus expulsionem invitat. Eligenda autem sunt, qua minus calida existunt, & correcta. Non locutur autem nunc Hipp. de medicinis lenitivis, ut cassia, manna, tamarindi, viola, at de purgativis: non illas ratiæ dicuntur purgantia.

Adn. Quod nobis valde acuti sunt in duplice differentia: quidem sunt sine inflammatione interna, quales sunt acutæ febres, ut causor; alii sunt cum inflammatione, quorum febris non vere morbis, sed accidentis est, medicamenta purgantia minus competunt in primis, & minus indicantur, quam in reliquis; at in secundis vena secessio principalis est; inde vero purgatio, si perfeveret morbus; sed cum moderatione, ac securitate, ut scripsit Hipp. de inflammationibus septi transveisi, & hypochondrii.

Quod

Quod Hipp. videtur exhibere me licentiam purgans in acuta febre, sed ante ~~440~~
quintam hemi, quare contraria non paret eis, quod hic dicitar. Dic, illam fe-
brem vero et adeo teat bar; vel die non sapienter turge item mitteriam, ut hie.
Sed ies 3: cum non ita target mitteri H. 3: propositum purgationem a principio D. c.,
quod illi quando intra quartam diecum t. o. apparet sole, & tam alibi me licen-
tiam, unde seruit, si aringa et levi paret in primo, & nubilose, purga-
dam esse, non tamen i tenues; Ceterum materia illi purgando situm a principio
target, aliquando scilicet post: quodcumque temporeta gemit, vacuanda est, nulla
expectata mora, ta gens enim materia praeferat alibi hoc, ut coctionem ut
plurimum non admittit; quod vel venenola fit, vel ferota.

APHORISMUS XI. *Quibus termina ad sunt, &c.*

CUM de purgatione jam pluribus sermonem habuerit, nunc etiam proponit, *Com-*
pa pauci natura purgit olem excoecere videtur, ad ea tamen facit. *axi.*
Vagis ventris dolor, per medicamentis non cessat, in hydrozem siccum finit. *Intens.*
Ut Medicus a jaundib; & laetentia scig. locat morbo ventri, & eventum, *Ratio*
ac proinde medicina ne istis purgatis non inveniatur excrements, hominem, & at *mentis*
ex hoc cog. solcandas in lignum molborum partem alteracione potas, quam eructa-
tionis curari.

Dolores circa umbilicum, & lumbos, qui purgationibus noncedunt, inter- *Doloris-*
periculum dant, & ita gigantem re actio. *Bracta*

Ego hydrozem feci. A recessus propositi: quia si flatus ille, seu dolores,
a pituita nascuntur, medicamentis purgantibus tolerantur; at cum non tolluntur,
signum est, alle lethorum ventri, & ejus non ventri, inferioris, ventriculus, &
intestinorum, easque in tactam, & rotundatum, que constat dovert a mem-
brum in dictum. Coide prius prob. at: quia hydrozem dispositio est, quia in-
format ventre tactu nitem vere sic quis non nisi tactu.

Quod tolluntur dolores intestinorum, qui a numero, & a flatu fieri *1. Adm.*
possunt; nec non ex aere: cum vero dicit, circa umbilicum, & lumbos datur,
significavit potius ex dilata procedere, quia vagas citi per la vero, quod a medi-
camentis non tolluntur, significavit, non exhumore, sed ex intemperie gigantum
facti, & comunitati; alio am, aut purgante medicamento, aut dilato ventre dol-
lor tolli potest. Dixit autem nimis in hydrozem siccum, non quod dilatans hydro-
zem solitus siccius dici solit, sed propter transitus, deponere intelligit, terpe-
ctuus, seu a quo in hydrozem siccus dici potest.

Quod per hinc infusum gl. loquitur, vel tenue in est manu, vel mescon, aut *2. Adm.*
hect, aut liq, sole et rite in leto eten amissione, medietate velut re. At
Card. fieri hinc affectio ten ex frigideitate ventri, et a hepatico modo apponitur;
& exactus praeceps non solo lignum trahit: hydrozem autem exactus mor-
bis omnes lethibus praebuit, & resipere alij parato evadunt, diripiando autem *3.*
lumbos, laborum non ne intelligens partes ab omnibus lateribus interioribus, in-
quam in hec lumbos: videntur tamen canis tumpantis magis evanescere, &
intestinalem, sicut scilicet exheat.

Quod lumen res frigida nec fatio est: quia omnis hydrozem causa frigida *3. 44-*
est: si frigidus et vellet positivus, cum aortam facili ex frigideitate, vel et recip-
erit, & talis, quod scilicet libidini privatione in frigidi dicitur, cetero leno,
& mitteretur in ibi detinente in calidam vel exactione se emoriatur, vel refloreat:
Igitur refloreat, aut mitteretur in refactis partibus nutriti oris, coquimur co-
ctionem est necesse, & mallet continuo flatus procreari, qui dolores eos producat.

Y^{II} R O D E R I C I A F O N S E C A

Quod hic morbus curationem non admittit: quia si non potuit sanari ulla medicamenti ope, signum est fuisse insuperabilem illius naturam: quare non est excrucianus æger medicamentis, & maximè purgantibus: igitur sententiam ad prognosticum, & dignotionem morbi scribit hic Hipp. valde utilem. Cæterum hanc affectionem, cum ex causa calida progrediatur, ut plurimum calidis exacerbatur; curari tamè debet levi exercitio, & his, quæ urinam ciendi vim habent, & adustione affecti loci, verum curatio in tempore molienda est à principio, antequam firmetur morbus.

APHORISMUS XII. Quibus propter levitatem ventres, &c.

Conne- **S**upra Hipp. ad tempus comparavit habitum corporis, ac temperiem, & superiorem esse dicit indicationem, quæ à temperie sumebatur: nunc ad idem tempus comparat morbum, & indicationem, quæ ex eodem sumitur de purgationis loco.

Intetis. Lienterici hyeme per superiora purgandi non sunt.

Ratiō. Ut demonstret vomitum in lienteria esse præstans remedium: secundò, ut indicationem, quæ à tempore sumitur, superare eam, quæ à morbo, doceat.

Demo- Hyeme verisimile est, lienteriam à pituita fieri. **Ergo**

stratis. Per superna non est educenda.

Antecedens clarum est, siquidem pituita per hyemem satis viget.

Consequens probatur: quia ille humor amat infernā purgationem, ut gravis; adde tempus ipsum eum exposcere.

1 Adn. Quod incontinentia cibi hic intelligitur, vel lienteria, vel diarrhoea: quæ cum ab intemperie, vel humore sint, purgatio, ubi ex intemperie procedit non est necessaria; verum, ubi humor acris, aut frigidus in causa fluxus est, tunc indicatur purgatio, seu per superna, seu per inferna. Sed quia per hyemem verisimile est à pituita fieri; ideo scriptit per inferna ducentum magis, non quod etiam vomitu, si ex bile fut, purgare non licet, ut si materia in ventriculo sit. At dices, videtur indicari magis vomitus per hyemem: quia si infernè purgamus, sequemur motum naturæ morbosum. Dic, fluxum fluxu curari posse, & vomitum vomitu; neque inconvenit per simili curationem fieri per accidens.

2 Adn. Quod vomitus ex lienteria, seu diarrhoea, ubi materia in ventriculo est, maximè convenit: quia revellit & evacuat: unde scriptit, in longis intestinorum difficultatibus ructum acidum bonum, & vomitum solvere morbum. Verum hyeme verisimile est, magis ad intestina verti materiam: ideo dicit malum esse supra purgare. Fiant autem alvi fluxus, ut plurimum ob cruditates, que humoribus vacuatis cessant. Sed & in dysenteria aliquando purgamus, & vomitum inducimus, non sine magna utilitate, ut ad illum etiam extendi possit sententia hæc. Cæterum per hæc docet Hipp. conditionem temporis esse potentissimam, ad locum purgationis, si quidem lienteria, quæ alio vi per vomitum curari solet, hyeme tamen id faciendum prohibet.

3 Adn. Quod vomitus exsiccat ventrem, & alvum fistit, & humectat; ideo in utraque affectione, tum retentionis, tum nimis incontinentiæ est remedium. Inter alia vero, ad sedendum alvi fluxum, monet Hipp. ut semel in diem cibum capiat; & per balneum, frictionem, & exercitum, humor alio convertatur, ventriculus firmetur. Cave tamen, ne criticum alvi fluxum retinere tentes, aut eum, quo se natura levat per sinitatem, ideo non statim ad fistendum currere, sed per unam, vel alteram diem sinere fluxum oportet.

APHORISMUS XIII. Qui ad helleborum non facile, &c.

Conne- **C**UM de vomitu multa scripsisset Hipp. docens quibus, & quando conveniat; **ass.** nunc de præparatione, quæ vomitum antecedit, verba facit.

Qui

Qui non facile ad helleborum purgantur eorum corpora prius alimento, & quiete humectanda.

Ut doceat, quid faciendum sit, ut facilius sit purgatio; ac proinde humectationem magnam vim habere praeparandi corpus: atque helleborum ad vomitum efficiax esse medicamentum, & preparatione indigere.

Corpora purganda prius fluida facere oportet.

Potaturi helleborum, quiete, & cibo sunt humectandi.

Antecedens regula est, quia in universalem proposuit Lib. 2. Consequens probatur: quia si quae purgatio in liget preparatione, ea in valido medicamento, quale est helleborus, & difficile vomentibus debet fieri.

Ceterum cibus, & quies potissimum humectandi vim habent, & humectando laxas reddit vias, & humores fluidos facit.

Quod per hanc sententiam multa docet hic Hippocratis ostendit in licarione, que à morto sumitur, superare aliquando naturam, & consuetudinem: cum etiam lithocle vomentes aliquando purgare per supraea deceat: sunt autem morbi omnes longi, & rebelles vomitu curandis, & in quibus circa ventriculum multæ cruralites alicant, quales sunt nephritici, quartanarii, melancholici, qui febribus longis tenentur: qui item siccissimis ventriculi doloribus afficiuntur, qui ex eruginosa, aut pertinacitate sunt: secundò ostendit vomitum apud antiquos in magno fuisse usum, & præcipue inter alia medicamenta helleborum: unde 6. Epid. i. jave res veritio purgare docet, qui calculo renum laborant: tertio it hoc anno exemplo docet omne validum medicamentum vomitorium, aut etiam dejectorium (ubi tamea tempus conceditur) inquirere præparationem: quia sic facilis, & cum tolerantia sit purgatio.

Quod præparatio cum medicamentum omne validum præcere debet, maxime requiritur in vomitu, & ex helleboro; nam propter ventriculi, convallionis imminent periculum, & propter concussonem illam ruptiones venarum; quod si humectabimus, id illa detrimentata prohibet. At præparatio, vel est humoris, vel corporis, vel medicamenti: humor præparatur, vel attenuatione, vel incrassatione, vel extensione, vel coctione; corpus in primis per humiliam, & inservientiam; medicamentum, cum corrigatur; corrigatur autem quantitate, si moderatione detur, aut mistione alterius, quod corrigat; sic helleborus datur ad drachinam semis; & præparatur in rapheo per infusionem in oxymelite; helleborum autem utrumque intelligere possumus, & potissimum album; quia hoc utebitur antiqui ad vomitum.

Quod cibus duplicitate intelligitur, vel absolute talis, qui convertitur in substance viventis, ferè non mutans, vel cibus medicamentosus, quales sunt potionis, & syrapi, & decocta. Utroque modo intelligere oportet; nam per iura, & carnes humiliores, & potionis medicas humectare corpus decet, & per ea, quae pinguis sunt, quibus per 3. vel 4. dies utimur. Quinimum reparatur corpus cibis omnis generis, ut statim evomitatur; sic enim licet etiam vomitoria exhibere debilia ante helleborum, ut corpus uteatur. Quies autem per accidens humectat, quia morus exsiccatur. Verum 6. Epid. addit balneum ad humectandum, prohibet quidam balneum, quod non competit corporibus inservientibus, qualia sunt, quae purgatione indigent; & quia attrahit ad cutem. Sed intellent fomenta, quae hypocondriis adhibent, humectandi vim habentia: Verum cum Hippocratis helleborum ad præservationem exhibeat, nil prohibet ipso etiam balneo uti, dummodo tanta non sit in corpore repletio, aut putredinis timor, sed si balneum die medicamenti exhiberetur, aut statim post iussum, utique sistendi vim haberet; sed si per aliquot dies ante adhibetur, humectandi vim habet præcipuum, & laxandi corpori, balneum (inquam) dulcium, & calefactarum aquarum.

Ergo

Ratiō.
strat.

APHORISMUS XIV. *Poto helleboro corpus movendum, &c.*

Contra- **C**UM de præparatione, quæ ante potionem hellebori fieri debet in antecedentia. *suo.* *ti ejus*; nunc de illa, quæ jum sumpto helleboro facilem faciat purgationem, verba facit.

Intest. Poto helleboro, corpus movendum potius, quam somno tradendum.

Ratio Ut doceat non solum in vomitu, sed in omni alia purgatione motum accelerare intent. opus medicamenti; quietem verò impedire.

Divisio In duas partes dividi potest sententia: in prima ponit conclusionem intentam: in secunda, illius causa.

demos. Nav gatio turbat corpus: ergo motus facit ad facilem hellebori motionem: Antecedens probatur: nam experientia constat navigationem turbare corpora, & ad vomitum inducendum magnam habere vim. Consequens probatur ex una motus specie ad omnes, & ex operatione hellebori ad operas omnis medicamenti.

Adm. Quòd motus in ratione universali adjuvat evacuationem multiplicitate: primò, quia defert medicamentum ad venas: secundò, quia humores fluxi es reddit: tertio quia illos calfacit, & fundit; In ratione verò particulari: vomitui conductus motus inæqualis, qui secundum plures differentias corpus moveat, sicuti navigatio, cuna, vectio in equo, lectica, currus; dejectioni autem magis progressivus. At dices: motus ad superficiem deducit humores: ergo impedit purgationem. Dic validus motus id efficere & perseverans, non levis, & brevis, qualis hic præcipitur. Quies itidem contraria facit, & sistit medicamenti opus. Sicuti autem se habet motus ad medicamenti opus, ita vigilia: & sicuti quies, ita somnus: somnus enim omnes evacuationes sistet, excepto sulore; quia virtus animalis per id temporis sopitur.

Altera Quòd motus facile facit evacuationem, & præcipue illam, quæ per vomitum fit, *intest.* non tamen a sumpto pharmaco debent moveri, quia educeretur sine operatione; ideo quiescendum saltem per horam, & quo ad pharmacum jum suam operationem incipiat, nunquam tamen dormiendum, post vomitorium pharmacum; sed post dejecto. rium, conductus aliquando per horam, præcipue si vires sint infirmæ, & pharmacum, validum. Cum itaq; honio vomiturus est, calorem sentit circa ventriculum præter naturam, & salivam multam educit: primo itaq; venit pituita, inde verò bilis cum pituita, tertio pura bilis. Sed contrarium accidit in vomitu navigantium, quibus bilis primò educitur, inde vero pituita, id quod fieri sentiendum est, ob validam agitationem, ac timorem, unde tenuis humor prius fecernitur. Ceterum navigatio non solum co motione illa movet vomitum, sed odore ipsius maris.

APHORISMUS XV. *Cum Helleboro citare vis, &c.*

Contra- **C**UM in antecedenti sententia doceret motum, & vigiliam facilem reddere, *suo.* *xi.* evacuationem, contra verò quietem, & somnum, nunc ex illa doctrina deducit, quid faciendum sit, cum opus medicamenti sistere, aut augere intendimus.

Intest. Duplex proponitur conclusio; quarum prima docet augendam purgationem per motum: secunda velò sistendum per somnum, & quietem, ubi id requirat medendi ratio. Ideò in duas partes secatur sententia juxta duas istas conclusiones.

Ratio Ut doceat, quæ potissima sint auxilia ad augendam, vel minuendam medicamenti intent. vim.

Divisio Motus adjuvat opus medicamenti, sicuti & vigilia: somnus contra, & quies: ergo quoties augere vis purgationem, motum, & vigiliam impera; quoties minuere, somnum, & quietem.

Aenea

Antecedens ex Aph. antecedenti satis patet. Consequens manifestè deducitur.

Quòd medicamenti quantitas, sicuti & vietus, & aliorum reme liorum, admodum incerta est: ideo, cum per coniectaram Medicus illam assequatur, ad morbos, anni tempora, aetates, vietus, & alia id genus responcens, eum non potest ad unguem prescribere. Laudat tamen Hipp. Medicum, qui a lmetam, quam maximè accedit: hinc sit, ut etiam ob fortunam, & occasionem medicamentum, etiam optima ratione datum, magis purget, quam decet: aliquando non nihil, aliquando minus: Propterea Medicus in promptu habere debet remedia ad ciendam purgationem, ubi minor est, quā decet, & sistendam, si metas excedat: Inter omnia vero remedia, & prompta, & paratu facilia, & securi, elegit motum, & somnum: motum ad ciendum, somnum ad sistendum: correspondet autem vigilia motui, & quietes somno, sed Hipp. in Aph. non opposuit motui quietem, sed somno: quia somnus majorē habet vim sistendi medicamenti, quam quietes.

Quod Hipp. solebat statim post medicamenti potionem, quod validum esset, ut in potionē hellebori, & peplii, exhibere ptisanæ succum, quo medicamenti reliquæ, quæ in cœlo hago sunt ad fundum ventriculi, pelluntur, & acre lo me licamenta obtundit, in media autem purgatione nil exhibendum: solent autem Medicici jam confecta purgatione jus exhibere aliquod, quod non est improbandum, dummodo in media purgatione non fiat.

APHORISMUS XVI. *Helleborus periculosus sanas carnes, &c.*

CUM de purgatione, quæ per helleborum fit, multa hac actenue docuisset, *Contra-*
nunc Medicum cautum facit periculi, quod in eo est. *XIV.*

Helleborus periculosus est sanas carnes habentibus.

Ut doceat exempl' hellebori cavendum omne pharmacum ab his, qui sanas habent carnes; secundò, ut peculiariter vitium, quod in helleboro est, manifestetur convulsionem gignendi, quare non nisi cautè, & cum præmeditatione esse exhibendum tale pharmacum.

In duas partes secari potest præsens sententia, ut in prima conclusionem intentam proponat; in secunda verò causam illius adducat.

Helleborus facilè convulsionem accersit sanas carnes habentibus; ergo periculosus. *Demost. Ratiō.*

Antecedens probatur (nam consequens evidens est, si quidem lethalem eam efficeret scripsit) quoniam helleborus vehementer purgat, ideo communis ratione ob diffusionem est periculosus. Secundò peculiariter ratione, quia magis, quam reliqua pharmaca commovet os ventriculi. Adde, quod vomitu purgat: sed cum alibi convulsorium sit pharmacum, tamen sanas carnes habentibus præcipue tale fuerit: nam sanæ carnes non cedunt medicamento, qua ratione in universum scriptum est, sanæ corpora difficilè ferre purgationes.

Quod medicamentum multipliciter inferre potest convulsionem, aut nimis expurgando, aut adducendo pravos humores ad ventriculum, qui mordendi vim habent, aut sua mala qualitate, quibus omnibus modis helleborus convulsionem minatur; solet enim ea convulsio similis esse strangulationi, & peculiaris est hellebori, quia strangulat, qua ratione Sesamoidem miscebat Hippo. Adebat atram billem expurgare, quæ difficile cedit medicamentis inter ceteros humores.

Quod dixit, sanas carnes habentibus; quia in his maius est convulsionis periculum. At dices: si sanas carnes habent, non indigent helleboro. Dic, vel quod eo non indigent, ideo tales helleboro purgandas non esse, vel quod sunt quædam affectiones,

affectiones, quæ cum carnium sanitatem cum sint, tamen indigent helleboros; ut podagra, renum morbi, infanaria, morbus ventriculi; sanum enim corpus simpli- citer, nulla ratione pharmacum postulat, at si sanum sit carnibus, ægrum autem secundum aliquod peculiare membrum, nihil prohibet medicamento indigere. Hic verò cum das helleborum ipsum, quoad fieri potest, corrigito, & corpus prius præparato, ea ratione qua supra dictum est, & sic vitabis convulsionem. Sed dices: si periculosus est helleborus, & convulsivus, cur non utimur aliis medicamentis: quæ, & si valide per vomitum purgant, non tamen eam habent conve- lendi vim, quam helborus? Dic, fuisse id medicamentum antiquis usitatum, & sèpè cum juvamento notabili datum; intelligit autem album helleborum: habe- mus nunc Antimonium præparatum: quod ad gr. 5. in zuccharo rosaceo exhibemus, & pertinaces morbos ad miraculum usque curamus.

APHORISMUS XVII. Non febricitanti cibi fastidium, &c.

Connec- **O** UIBUS notis vomitorium medicamentum dare, & vitare opportunum, **xio.** eslet, cum in superioribus docuisset, adnotando tempus, habitum, & consuetudinem; nunc symptomata adducit, quæ supernam purgationem indicant;

Intent. Cibi fastidium, cordis dolor, vertigo tenebricosa, oris amaritudo sine febre, vomitum indicant.

Ratio Ut per ista signa cognoscatur medicus biles in ventriculo esse collectam, & ideo **Intent.** purgandum vomitu, arte nam orbum aliquem faciat graviorum.

Quibus prædicta adsunt symptomata, bilis in ventriculo infestat: ergo vomitus educenda.

Demo- Antecedens probatur: bilis enim fundendo humores, & intemperie sua fasti- **stratio** dium inducit, sua acrimonijs mordet os ventriculi, quod cor appellat. Ab eadem bile exusta niger elevatur fumus, qui vertiginem inducit, sitis quoq; calido huic, & sicco humoris familiaris est, orisque amaritudo eum comitatur, quod amarum sapiat: cardiogmœ autem, quod acrem, & mordacitatem habeat.

Consequens probatur, quia cum bilis est in ventriculo, & ratione loci, & ra- tione humoris facile per vomitum educitur.

Adn. Quod verbum illud *sine febre* additum est, aut quia in febre non necessariò indicant purgationem, quod talia sine abundantia bilis in ventriculo fieri possint, ut si biliosus (ait Vales.) febri ex ira corripiatur: aut quia in febre ista sunt signa critica, & futurum vomitum indicant naturæ relinquendum: aut quia de præcau- tione hic loquatur in fanis: at ubi sine febre ista accident, tunc necessario vomitus indicatur, plerumque etiam si cum febre adsint, id ipsum faciendum. Num verò omnia ista signa simul intelligat, an separatim sufficiat alterum? Dic, omnia esse accincta, quia singulum non sufficit: nam cibi fastidium, & amaritudo oris ex calore febrili fieri possunt; at verò vertigo ex debilitate capitis: morsus autem oris ventriculi non tantum bilem; sed vaporem etiam ex infernis partibus elevatum pro causa habere potest.

2 Adn. Quod oris ventriculi antiquis cor appellabatur, id est duplice ratione, primo ob sensum exactissimum propter maximos, quos in se nervos admittit: unde à Gal. alioquin tactus instrumentum judicatur: secundò cor dicitur, quia facile illius af- fectiones corporis communicantur plusquam alterius membra, quare syncopes facili ne potio per dolores illius contingunt: & aliquando in epilepsiam, & convulsionem deducunt, nec solum cordi, cui maxime affine est os ventriculi; sed cerebro citius simile sua mala imparit. Cæterum ubi prædicta symptomata adsunt, facili nego- tio,

tio, aut penna immissa, aut oxymelite, aliquovè levi vomitorio educi potest; cedit enim bilis, quæ in ventriculo est, facile.

APHORISMUS XVIII. *Supra septum transversum dolores, &c.*

CUM in antecedenti sententia indicationem sumpsisset ad supernam purgationem ex symptomatibus; nunc dolorem (symptoma falso sum) assumens *xii.* demonstrat, quando supra, & quando infra purgare conveniat.

Duae proponuntur conclusiones, infra quis in duas partes ista sententia dividi potest: prima dicit, dolores supra septum transversum, qui purgationem postulant, vomitum indicare; qui verò infra sunt per inferna.

Ut sumpta à loco indicatione, & à motu humoris; universale describat præceptum ad vomitum, seu dejectionem. *Ratio intent.*

Dolores supra septum transversum sursum ad os vergunt, infra septum ad intestina: ergo illi supra, hi infra purgandi sunt. Antecedens patet: si quidem qui supra septum sunt, ori sunt propinquiores, qui verò infra, intestinis, cum medium obtineat septum. Consequens probat. quia facilior est purgatio ob loci viciniam, & motum naturæ; quæ enim ad os ventriiuli vergunt, facile vomitu, quæ autem ad fundum, dejectione purgantur, quantum in ratione loci est. *1. Ad Demostr.*

Quod septum transversum, seu diaphragma simplex est musculus, & rotundus, qui cartilagineis costarum notharum extremis annexatur, & dorso adnascitur dirimit autem cordis, & pulmonis regionem ab infernis membris, quasi inter se etum: inde septum dictum est. Usus ejus Arist. est, ut sejungat alimenti halitus ab animæ sede: Platoni verò, ut separat vitalem facultatem ab animali: At præcipius ejus usus est ad respirationem, cuius præcipuum est instrumentum: secundarius autem ad excrementorum, & fætus expulsionem, unâ cum abdominis musculis. Distendit autem pectus, quoties ad sua contrahitur principia septum, unde ratione vacui impletur pulmo, & fit inspiratio: cum autem otiantur, subsident ad spinam, & facit expirationem. *2. Ad*

Quod non omnes dolores supra, vel infra septum indigent purgatione non enim inflammatorii dolores, & fixi supra septum, vomitum ulla ratione indicant: sed potius missionem sanguinis: sed neque quæ infra, sunt ejusdem rationis: Sed per dolores intelligit morsus, anxietates, cibi fastidia, molestias, quæ vagantur, nec unum habent signatum locum, ideo addidit partem illam: *Qui purgatione indigent.*

Quod loca supra septum transversum non solum dicuntur, quæ re vera supra ipsum, sed etiam, quæ propè ipsum, imò & quæ infra sunt, dummodo non longè distent. Sic igitur os ventriculi, & gibba hepatis pars, imò & renes aliquando inter partes superiores numerantur. Revera tamen os ventriculi supra septum dici debet; sicuti hepar, lien, renes, intestina, infra. Nunquid autem capitum dolores purgatione indigeant per superna, dubitant nonnulli: nam vomitus videtur magis caput lædere concutiens, quam illa ratione vivere. Nisi dicas in doloribus capitum, qui per consensus sunt ex ventriculo, convenire vomitum; non tamen in his, qui per essentiam in eo sunt; convenit enim in talibus potius inferna purgatio, & clysteres. Hipp. tamen indicationem sumit à loci vicinia, cum purganda est materia; quia si prohibeat, vel magis urgeat revulsio, per contraria facienda purgatio est. *3. Ad*

APHORISMUS XIX. *Qui potionem medica, &c.*

CUM de purgatione multa hactenus dixisset: modò præceptum tradit, per quod opus medicamenti cognoscitur. *xiii.*

Qui

Intent. Qai ab assumpto medicamento non sitiunt, iis purgandi finis non fit, donec sitierint.

Ratio Ut demonstret terminum purgationis esse sitim, cum prius non extiterit: & proinde sitim, quæ medicamenti opus sequitur, non esse curandam paulo post defituram: & tertio, ut ex siti dignoscentes, quantum robur habeat medicamentum, operationem ejus vel augere, vel sistere possimus, juxta id quod supra dictum est.

Dem. Facta purgatione, humidum ventriculi jam absunitur: ergo sitis finis est medicamenti, si prius non extitit. Antecedens prob. quia dum humores purgandi in ventriculo sunt, sitis non fit; postquam autem evacuati sunt, reliquæ medicamenti trahunt humidum roridum ipsius ventriculi. Consequens prob. quia ad defectum radicalis humidi à natura fames sentitur: ad defectum autem humidi roridi sitis.

1. Adn. Quòd duplē sensum habet Aph. primus, quod qui, dum purgantur; non sitiunt: illis non cesset purgatio, donec sitiant: secundus verò, quo: cum sitiunt, si non prius sitierant, finis est purgationis. Ceterum hic secundus sensus aptior est, quia primus non semper videtur verus: nec enim necesse est sitire à medicamento hominem, ut, si minus purget, quam decet, tunc adjuvari debet purgatio, donec sitiat; verum etiam primus sensus verus est, quod purgandi finis, i. e. perfecta purgatio non est, donec sitiant; non quod necesse sit, sitire ad opus medicamenti.

2. Adn. Quòd licet sitis advenire possit ante opus medicamenti, aut à qualitate pharmaci, aut labore ventriculi, aut humoris calidi, qui ad eum confluit; non tamen sententia hæc patitur difficultatem, ita ut intelligenda sit solum de pituitosis; nam Hipp. per ea verba, non sitiunt, ista genera sitis aufert. At dices, si sitis sequitur hamidi consumptionem ipsius ventriculi, cur à medicamento non excitatur fames, sicut sitis? Dic, quia ad impedientiam famem concurrit calor ventriculi, & horror ex medicamento, & pravis humoribus. Sed rursus dices: si sitis sequitur assumptionem roridi humidi facilis dissipabilis, quam radicalis, unde fames: cur non prius sitimus communiter, quam famescamus. Dic, quia aquei humidi major est copia quam radicalis: adde naturam modò hoc, modò illud humidum trahere pro necessitate; inter cibandum verò sitimus ob mansionem, quam facit in ventriculo cibus.

3. Adn. Quòd finis vacuationis dignoscitur levi siti, depressione totius corporis, & vasorum concidentia; lassitudo, somnus item solet lequi perfectam evacuationem. Ceterum perfectam evacuationem sitis sequi solet, nisi quid impedit ventriculum humectans: sic dicebat Hipp. in ardentibus febribus, non pro ratione siticulosos esse, quibus siccae tuffes accidunt; at verò superfluam purgationem sitis magna sequi solet, & super purgatio alterius humoris non congeniti, & proinde defctiones, deniq; etiam convulsiones, quas lethales scripsit non raro esse.

APHORISMUS XX. si citra febrem tormenta, &c.

Connexio. **C**UM XVII. Aph. adeò hic cohæret, ut illius pars esse videatur, docet enim quæ accidentia indicent infernam purgationem, sicuti in eo docuit, quæ supernam indicabant: rursus dolores infra septum, infernam exposcere dixit purgationem, ideo hic quasi illius exemplum habetur.

Intent. Non febricitanti tormenta, genuum gravitas, dolor lumborum infernam indicant evacuationem.

Ratio Ut hoc uno exemplo doceat, qui dolores infra septum purgationem postulent, intent. & ut signa vergentis ad inferna materiæ, praescribat.

Prædicta

Prædicta symptomata motum ad inferna significant, & humorum crassorum : *Demonstratio*
ergo infernā purgationem, indicant. Antec. prob. quia tormina manifeste indi- *Præmissio*
cant moveri ad inferna materiam; dolor lomborum, & genuum non modò id, sed
crassos humores esse in causa. Consequens deducit; quia quò vergit natura, eò
ducere oportet per conferentia loca; adde, humorum crassitudinem sua natura deor-
sum vergere, ideo etiam magis infra septum, & ad intestina.

Quod tum locus, quia infra septum est, tum humor, quia gravis, tum mo- *Admonitio*
tus, qui deorsum est, omnia indicant infernā purgationem; verum tormen non
sufficit solum, quia ex flatu, aut urina fieri potest: sed cum dolent partes ad lum-
bos, seu anteriores, quibus adjacent intestina, seu posteriores, quibus magna
vera, jam materia significatur: at verò gravitas genuum non solum in venis ma-
gnis, sed jam in parvis, & extra venas fundi materiam, significant: igitur, si ta-
lia adsint, pharmaco deorsum vergente purgandum, tum quia ita loci vicinitas,
& communitas postulat, tum præservationis gratia; quia vel materia in articulos
decumbens faciet arthritidem, & podagram, vel sursum recurrens, pestilios
morbos creabit.

Quòd isti dolores, vel adveniunt cum febre, vel sine febre, si cum febre, vel *Admonitio*
symptomaticè, vel criticè. Hipp. dixit sine febre: primò, quia certior est indi-
catio humorum peccantium, quam cum febre: quia levis cauta, cum febris talia
potest edere symptomata: rufus sine febre, quia dolores si symptomaticè fiant,
ut in accessione, non eam indicant evacuationem, rufus sine febre, quia dolores
infra septum, & lumborum per febres, requirunt etiam sanguinis missionem: pre-
terea, cum criticè talia apparent symptomata, natura sine artis ope potest aluum
movere: at cum febre etiam non raro, si talia adsint, eandem indicant purgatio-
nem, qua poterimus abscessus ad articulos deviare, cum affuturi sunt.

Quòd hypochondrii dolores cum febre purgationem non indicant; sed potius *Anatomia*
sanguinis missionem, quæ in ipsis principalis est; quia cum inflammatione sunt, *magistrorum*
quod si urgente ad hypochondrium lateris dolore, purgat helleboro, aut peplio,
supponit ibi non veram inflammationem, aut vagum dolorem: at si fixus fuerit,
nequaquam: habemus ergo rectam rationem præservandi hominem à podagra, &
& humoris educendi superabundantis ad partes inferiores: at sine tormine men-
sium futurorum indicia sunt.

APHORISMUS XXI. Excrementsa alvi nigra, &c.

CUM de inferna alvi purgatione multa hactenus dixisset; nunc de alvi excre- *Connexio*
mentis sermonem instituit, quæ magnis sunt ponderis, & considerationis, *xii.*
seu sponte veniant, seu ope medicamenti educantur.

Duæ proponuntur in tex. conclusiones; quarum prima docet excrementsa alvi ni- *Intentio*
gra sanguini atro similia sponte exeuntia pessima esse; secunda vero, minus, ma-
lum, si à medicamento educantur, fore excrementsa statuit.

Ut per hoc signum mors prædicti possit à Medico, tanquam rarum, & admirabile. *Ratio*

In duis partes secatur Aph. juxta duas allatas conclusiones. *intentio.*

Humor, qui insuperabilem affectionem ostendit in corpore, pessimus est. *Divisio*

Sed talis est nigra dejectio sponte veniens, seu cum febre, seu extra illam: er- *Demonstratio*
go pessima.

Major certa est. Minor probatur: quia talis humor insuperabilis est, cum sit
venenum, vel naturam illius habeat, aut sit tanquam einis corporis nostri: at vero
cum prodit per aliquot tempus (id enim significavit verbum, exeunte) jam pessima
in corpore affectio significatur. *Humor*

Dm. Hūmor niger si medicamento educatur, minus vitiosus est, quām si sponte profrat. 2 deat.

Ergo

Mellus est educi à medicamento. Antecedens prob. quia melius est semper mala à causa externa progredi, quām è contra. Secundò, quia si à medicamento trahitur, signum est, quod humor ille non tam malignus est, quin à corpore retineri possit. Contra tamen, si sponte prodit, signum est jam naturam superari.

Adn. Quòd ista dejectio distinguenda est à nigro sanguine, qui aliquando ex jecore, & liene, aut hemorrhoidibus prodit, quia sanguis niger congelatur, & non splendet: at hæc dejectio liquida est, neque congelatur, & splendet, & quasi atramentum, quo scribimus, ac terram radit, & animalia illam fugiunt. Gal. addit istam dejectionem aliquando non esse malam, ut si post coctionem fiat, aut criticè pellatur: quare addit, si à principio fiat, pessimam esse; unde videmus in Epid. cum alvi facibus, & urinis nigris aliquos evasisse; sed quod magis est à principio; nam qui in Dealcis horto habitabat, tertia die dejectis nigra, & urinas nigras habuit, & per plures dies perseverabant, attamen sanatus est. Dic, si quando cum nigra dejectione, qualis sanguis niger est, quispiam sanetur, id virium robori tribuen, dum esse; sed id, cum sit, magna cum difficultate, seu difficulti judicatione fieri.

Adn. Quòd addit, seu prodeat cum febre, seu sine febre; Videtur autem pejus si sine febre appareat; nam iste humor, vel jecoris, vel lienis corruptionem indicare solet, nec enim generari posse videtur, nisi in calidissimis locis, cordie scil. jecore, aut liene, quia per magnam sit assationem, & est species atræbilis; ea vero in corde cum gignitur furores: in hepate canceros, carcinomata, elephantiasim; in liene verò melancholias, & quartanas, nondum tamen ad illum gradum malignitatis pervenit, ad quem, cùm educitur extra corpus. Sed nota quod debent exire per aliquot dies, & plures; alioqui si semel excernatur, criticè fieri potest: at cum sequitur talis dejectio, pravum venenum in corpore esse significatur, quare in peste, & febribus malignis tales excretiones visuntur. Gignitur autem talis humor aliquando ex assatione valida per calidos, & acres cibos, ut sunt porri, cæpæ, allia, aromata, magna vina, valida exercitia, mortores, aliquando vero per pestiferas febres: aliquando pinguedo ipsa aduritur, & nigredinem illam acquirit.

**Ani-
gadv.** Quòd in prima conclusione addidit. Et quanto ipsorum colores peiores fuerint plures, eo deteriores: quia cum aliæ sint dejectiones pessimæ, ut lividæ, vel æruginosæ, si isti colores exeat, per quos variegata apparent, hoc pejus est, quia plures affectiones significant pessimas, aut variam putredinem. Verum dices, si Hipp. variegatam dejectionem mortalem quidem, sed diuturniorem posuit, quam sinceram, nigrat, aut lividam in Progn. cur hic dicit pejora? Dic, quod sunt pejora saltem ad sensum, quia certior est ad mortem variegata, quam sincera, non quòd, ut ait Card. talis dejectio extra etiam expelli non possit, ut nigra: sed quia minus erramus circa illas, quia difficile est dejectionem nigrat distinguere à sanguine nigro: at variegata dejectio facile dignoscitur. Livida tamen dejectio non minus lethalis, quam nigra censenda est: ino lethalior, quia majorem putredinem significare videtur, ideo etiam si simul fuerit nigra, & livida, pejus est, quam si nigra tantum: non tamen omnis variegata absolute pejor est, quam sincera: ut æruginosa, & pinguis, aut ramentosa. Quòd verò addit melius esse educi à medicamento si plures fuerint colores: intellige boni: aut etiam si plures fuerint, dummodo non æquè pessimi, quia plures affectiones non pessimæ sicut cum una pessima conferantur, superantur ab ita in malignitate.

APHORISMUS XXII. Morbis quibusvis incipientibus, &c.

CUM de nigris dejectionibus in antecedenti dixisset: docens, quid ex illis Connexa sperandum sit; nunc de humore nigro sermonem habet, qui vel dejectione, *xii.* vel vomitu in principiis morborum excernitur.

In principio morbi atra bilis supra infravè si exierit, mortale.

Ut hoc uno signo mors prænuntietur, & glossat antecedentem Aph. maximè intelligentem esse de dejectionibus nigris, quæ in principio morbi accidentunt. *Intent.* *Ratio.* *intent.*

Atra bilis, in principio exiens morbum insuperabilem ostendit: ergo mortalis. *Demoj.* Antec. prob. quoniam atra bilis, seu supra, seu infra exeat, in principio non potest esse critica vacuatio, quia à principio: ergo mala; sed pessima, quia humoris qualitas materiam indicat insuperabilem, quæ vel calidi innati extinctionem, vel assationem extremam, vel venenum in corpore genitum indicat: unde aliquod viscus esse corruptum colligitur.

Quòd atra bilis nomine varias humoris nigri species intelligimus. Nam vel significat melancolicum sanguinem, qui in venis reperitur, qui succus melancolicus propriè dicitur; vel significat fecem sanguinis exuperantem, quæ à liene attrahitur ex jecore, vel significat omnem assatum, & exustum humorem. Ceterum humor, qui assatur, vel est bilis, quæ calescens vitellina fit: inde magis callens æruginosa: cum magis adhuc assatur, isatodes fit; & denique atra bilis: vel assatur sanguinis fex, quæ à liene attrahitur: aut deniq; falsa pituita, atq; hi tres humores, cum exassantur, propriè atram bilem faciunt: reliqui duo melancholice nomine sunt insigniti, & sanguis, qui in venis est, & qui à liene attrahitur.

Quòd ad veram prædictionem, distinguere oportet sanguinem nigrum ab atra bilis: secundò, videfe, ne ex causa aliqua externa progrederiatur, & evidenti, ut si ex nigri alimenti, aut corrupti assumptione fiat: tertiod, ut aliquantis perduret. Est autem casus hic admodum rarus præsertim in nostris regionibus: frequentior tamen in Ægypto, & calidioribus, quia ex vehementi calore solet habere originem hic humor: unde etiam in regionibus Hipp. non raro provenisse credendum est, cum tot Aph. de eo scripserit. Card. ait semel se vidisse hunc casum in Biblio. pola, qui quarta die mortutus est. Brasavola ait, se sanasse hominem, qui in hoc symptoma inciderat, non nisi post sex menses, & extrema passus erat; at robuste valde naturæ. Est autem tantò pejor vomitus, quād dejectio atra bilis, quanto magis præter naturam est.

Quòd iste humor niger, vel per vomitum tantum, vel per dejectionem, vel utroq; modo excerni potest, & quocumq; modo id fiat, mortale est, si in principio morbi accidat. Narravit mihi vir fide dignus, & amicus, tres fratres fuisse sub Genuensi Dominio, quorum majorem, cum ad 60 pervenisset annum, atra bilis vomitu, & dejectio corripuit, tanta, ut paucis diebus mortuus fit: secundus, cum ad eam ætatem pervenit, eodem modo correptus, mortuus est; tertius vero ad illum terminum accedens, incidit in eundem morbum, & licet jam de morte securus eam sibi prædixerat: ab illo morbo tamen liberatus est.

Quòd non solum atra bilis vomitus, & dejectio in principio morbi lethalis est, sed & si lividus fuerit humor, aut æruginosus, & denique omnis sincerus humor valde malus est habendus; quia fere cum ulcerationibus fit viscerum, & ideo ramentosi solent esse vomitus, & dejectiones cum frustulis carnium: qua ratione Paulus Bassiadonius Nob. Genuensis, & Doctor egregius ex cholera passione intra 9. horas mortuus est; erant autem excreta supra, & infra valde flaya, & cum ramenis, & frustulis carnium,

APHORISMUS XXIII. *Quibus per morbos acutos, &c.*

Contra- **C**UM de nigro humore, qui vel per dejectionem, vel per vomitum educitur in duobus antecedentibus Aph. dixisset, afferens cum quocumque modo existat esse perniciosum; nunc illum rursus accipit in examen non sine causa valde utili.

Intend. Valde extenuatis per morbos, atra bilis veluti sanguinis niger subiens, mortem altera die significat.

Ratio. Ut per hoc signum non solum mortem praedicere futuram medicus possit: sed il. intent. Ius tempos propinquum advenire.

Demo- Nigri humoris dejectio mortem significat: Ergo in valde extenuatis à morbis, **frat.** aut vulneribus, propinquam mortem significabit.

Antec. jum in duobus antecedentibus Aph. positum est. Conseq. prob. quia cum talis humor affectionem indicet insuperabilem, mortem significat; at quia extenuatis omnibus ob praedictas causas vires sunt imbecilles, ideo citissime adveniet, & intra tres dies.

1 Adm. Quid multæ cum sint causæ extenuationis, Hipp. tamen posuit præcipuas, nempe, acutos morbos, diurnos, ulcera, sed adiiciens, ob alias causas, etiam comprehendit quid quid corpus vehementer extenuare potest, dummodo non fiat ex causa externa, licet etiam ubi perseverat extenuatio, externæ causæ veritatem contineat Aph. Solet autem morientibus, & jum mortuis talis humor videri, aliquando per dejectionem, aliquando per vomitum, qui si efficiatur, non minus malum habendum. Jam vero hic Aph. mortem necessariam supponit, sed notat propinquam fore.

2 Adm. Quid ex hoc patet, quam sit potens virium robur ad salutem, etiam lethalissimis signis apparentibus: quia ubi apparent hæc cum debilitate virium, mors necessaria advenit, ut in extenuatis: verum si fortes sint vires, aliquando evadere possent, sed cum magna difficultate, & per abscessum aliquem, ut contingit æstro tertio primi Epid. Ceterum recte hic notat Card. humorum hunc nigrum potius in rusticis apparere, ob laborum immolerantiam, & astum, neconon pravorum euliorum usum.

3 Adm. Quid nigredo non modo perniciosa est in dejectionibus, sed urinis, sputis, vomitibus, nec minus perniciösus est lividus color; quod si factor comitetur lividum, vel nigrum excrementi colorem, occissima mors solet significari: quia illa duo extinctionem innati calidi significant, & putrefactionis robur. Sed dices, quomodo in homine sano rebente humor is pessimus possit deiici, aut vomi, quin prius natura illius noxiam non sentiat dum fit, cur autem non pellit antequam fiat? Dic, perinde esse, atq; in febribus malignis, in quibus gignitur in nobis paulatim venenum, cuius vires tales sunt, ac si vinaram, aut aliud externum anumeremus. Sic in canis rabidi morsu, cum diu alteret corpus vis deleteria, non tamen potest natura alegari, ut superet vim illam veneni; sed canis rabidi vis magis per alterationem he immaterialis. Dubium est de humore nigro ubi resident? Dic includi in cavitatibus cordis, aut membranis taneuam in abscessu, quem natura, cum pellere non possit, conatur transmutare, & cum hæc denique superatur, irruit ille: aut dic transmitti ex aliquo membro ignobili, aut de nobili, in quo latebat quasi antrum in herba, non audente natura aggressi talem hominem, ut in maligna febre contingit, in qua pulsus, & urina avariæ solent similes naturalibus. Atq; illud recte Fern. ut cetera omnia, constitutionem malam partium corporis esse morbum.

morbum, non eam, quæ est in contentis, seu humoribus, quia talis est causa morbi: nam intestinorum lumbrici eti præter naturam sint, non numerantur in morbis, sed morborum sunt causæ solum, dum lœdunt partes corporis, sed neq; humores, si putreant in venis, morbum efficiunt, nisi partes contagione attin-
gant, quæ actionum sunt causa: sic intermitens febris, epilepsia, hydrophobia, aliquæ morbi complures, causam intus habent in quiete, & intervallo otiosam, & quæ non nisi cum partes lacefit morbum excitat: quare sit, ut necis causa in-
te. dum conflopita in nobis contineatur, sine ulla offensione, ac proinde sine mor-
bo: quæ ubi partes afficit, repente interficit.

APHORISMUS XXIV. *Dysenteria si ab atra bile incipiat.*

CUM in antecedentibus de atræ bilis dejectionibus dixisset, eas vituperans, *Conne-*
& non nisi cum ægri exitio provenire posse; nunc de dysenteria loquitur ^{xii.}, *qui ex atio humo. e originem ducit.*

Dyenteria si ad atra bile incipiat, est lethalis.

Ut ostendat inter omnes dyenterias pestilam esse illam, quæ ex bile atra pro- *Ratio*
cedit, ac prouide etiam docet istum humorem, ut plurimum, seu supra, seu in-
fra, mortem anerre; quia exulcerat membra, & viscera, atque corruptit.

Mors quoadvis incipientibus, si atra bilis supra infravè exierit, est lethale: *Demo.*
ergo si dysenteria incipiat ab atra bile, erit lethalis. *frat.*

Auctæ est A. h. XXII. hujus Libri. Conseq. facile sequitur; quia si absolute ta-
lis humor mortem indicat; quanto magis cum ulcere intestinorum, in quibus cum
alias difficile id omnia ulceræ teneant, carcinomata excitat, quæ etiam in par-
tibus exterioribus vix igne, & ferro curari possunt.

Quod dysenteria propriè ulcus significat intestinorum, communiter autem ^{1 Adm.}
quanticum; sanguinis dejectionem. Seu igitur primo, seu secundo modo accipias
dyenteriam, vera est A. h. sententia: verum adhuc certior mors erit, si cum ul-
cere fiat. Solent autem intestina ulcerari raro, quia dura admodum sunt, & ferè
semper excrenando exercent, & quia pinguedine quadam quasi vitreatur, quæ
vim acrem humorum obtundit: frequentius autem, & minus periculoso est ul-
cus, quod ex vilioso, ac flavo humore progrederitur, indeq; ex pituita falsa adhuc
periculohor, quam ex bile vitellina, aut æruginosa, seu præsina nascitur; pessi-
ma omnium, quæ ex bile atra; sed hac pejor, si statim ab ea incipiat: quia nulla
excretio in principio potest esse bona: at verò criticè per dysenterias aliquando atræ
bilem in pestinibus mox excerni, nec tamen cum pernicie ægri, fieri potest, li-
cet semper cum magna difficultate; sunt tamen lethaliora ulceræ, quæ supra um-
bilicum dolorem faciunt, quia tenuia intestina ulcerata sunt, quam quibus infræ.

Quod distinguere oportet atram bilem à sanguine melancolico, ut in sequenti ^{2 Adm.}
Aph. ad veritatem tententiae, aliquando etiam fit dysenteria à combusto sanguine,
jecore se expurgante, qui sanguis atræ bilis similitudinem præfert. Quamobrem
cum ipsem in hunc morbam incidisse, & à tali sanguine factus fuisse dysente-
ricus, adeò sum exterrefactus propter hunc Aph. ut certam mihi mortem prædicere-
rem: habebat enim magnam similitudinem cum atræ bile sanguis, qui excreneda-
tur; revera tamen non erat; sed combustas à jecore demandatus; & cum per 4.
dies cum febre, & assidua excretione laborasset usq; ad extremum, liberatus ta-
men cum Dei optimi auxilio potu aquæ Tettucii, quam assumpsi per 3. dies. Sed
dices, cur dixit si incepit ab atræ bile lethalem dysenteriam, quasi si in atram bi-
lem desinat lethalis non sit, quod absurdum videtur. Dic non minus lethale esse,

Si definit in atram, ubi ex bile ortum habuit à principio: verum quia criticè aliquando sine ulcere fieri potest, & non à principio, ideo addit particulam illam. At verò rursus dices, supra dixit lethalem dejecti orcinaria bilis, & sanguinis iugri, si in principio accidat morbi; ergo superfluuus videtur Aph. quippe qui comprehendatur sub illo. Dic certiore mortem ex hoc signari, quia causa mortis etiam certior est: adde, posse nos ex hoc Aph. coniectare talem humorem, cum suprà, vel infra pellitur assidue, ex corruptione, & ulcere alicujus viteris procedere. Cæterum hojusmodi dysenteriae (sicuti & excretiones nigri humoris, & atri) rarae sunt, & non nisi pestilentibus febris contingere possunt, at potius apud villicos, & agricolas quam in urbe; & in regionibus calidioribus, quam frigidioribus, ut supra dictum est.

APHORISMUS XXV. Sanguinem si pernique quidem efferrit, &c.

Conne- **M**ANIFESTISSIMAM habet dependentiam Aph. hic cum superiorib;
xo. cum enim lethales dixisset excretiones atrae bolis, aut humoris lividi sanguini similis; modò fernonem convertit ad sanguinis ipsius excretiones, docens quid ex illis sperandum sit.

Invent. Duas habet conclusiones: prima docet malum esse sanguinem omnem per os ex-
Di. i. f. ceterum: secunda verò igitur dejectionem bonum, ideo juxta duas conclusiones in duas partes fecari potest præfens Aph.

Paris. Ut doceat, quid tentendum sit de excretione sanguinis, quæ per os, vel per alvum prolixit: deinde, ut distinguamus sanguinis excretiones atrae bilis, & humoris illius, qui cum sanguine habet similitudinem, ne fallamur in prognostico.

Demo- **S**anguinis per os eductio est res præter naturam, & per locum innaturalem fit:
Prato. ergo semper mala.

Antec decl. siquidem omnis sanguinis excretio, saltem ut signum, mala est, quia natura benè se habens non excernit sanguinem, inquit ieiū et: at verò, quod per os educatur, jam magis distat à consuetu[n]o natura, si quidem non nisi cum aliqua viscerum mala affectione excerni solet; ad te humorē gravem esse sanguinem; ideo per suū eriora extandi, majorem nixim ostendere: solet enim indicare, vel in pulmone, vel ventriculo, affectionem gravem, & eō magis, si ex continua fo-
litione proveniat. Cons. autem manifeste sequitur.

Demo- **S**anguis niger, si deficiatur, sanitatem servat, & morbos curat: ergo bonum.

Itat. 2 Antec prob. si quidem cum corpus, sanguine abundant, solet eum transmittere ad alvum; quod accidens his advenire scripsit Hipp. qui laborare loqui cum essent, labores oriferunt; at verò sanguinem nigrum purgare jecur, & potissimum hinc, scripsit Hipp. Cons. facile te uatur.

Adin. Quod sanguis supra efferrit per os, nares, aures. Rursus per os cum exiit, vel ex iuso ore manat, vel capite, vel pulmone, vel thorace, vel ventriculo, vel he-
pate. Rursus sanguis infra progrediens, vel per alvum educitur, vel urinas, vel uterum: si per alvum vel ab intestinis, vel ex aliis partibus; ab intestinis, vel cum ulcere ex dysenteria, vel sine eo ab haemorrhoidibus. Cæterum omnis sanguinis excretio inter uitium est, excepta illa, que per uterum fit, saltem id ratione si quis: utrum sanguis qui sutor et lucitator ex natu non raro cum juvamento est, & ex utero si etiam criticè excerni solet, preferrim in capitib[us] dolorib[us]. Unde

et ap. illa: mihi capite dolent, & vehementer laborant, si pus, vel cura, vel sanguis per tares, aut os, aut urines efficit, bonum. Verum per os, nisi acriter, aut à gingivis excaec, aut mulieribus, quibus mentes non faciunt semper in aliud est;

verum

terum si infra secernatur sanguis ex utero semper bonum, quia secundum naturam; si vero per urinas, ut plurimum malum: quibusdam etiam ex repleione continet. At si per anum exeat ex haemorrhoida, non raro etiam utilis est, ac talis niger esse plerumque solet, at cum ulcere intestini semper malus; cum vero sine ulcere exit niger, magis probatur, quia melancholicus, & lienosos purgare solet: verum etiam, si sit boni coloris, juxat, quia levat plenitudo linem, non tamen cum aquosus est, & frequenter evenit, quia juxta hepatis inbecillitas significatur.

Quod comparatio, vel fieri potest ad omnem excretionem, ita ut comparetur quæcumque excretio superna ad quamcumque infernā, & sic non esset neq; vera, neq; artificiosa: sed comparatio est ejus sanguinis, qui per os educitur ad illum, qui per alvum educitur; sic autem vel absolute consideratur excretio, quæ supra sit, semper mala, quæ infra bona, quod tamen semper verum non est; vel respectivè, ut quæ infra sit semper melior ea, quæ supra, quod etiam non semper verum est. Sed dices, si pariter superna, & inferna educatione mala, & bona sunt, cur supernam malam, infernam bonam dixit? Dic, quia modus, & locus per os magis præter naturam, infra verò minus: secundò quia peiores affectiones significat supra educitus sanguis per os, quam infra.

APHORISMUS XXVI. si dysenterialaboranti, &c.

IN antecedenti sententia de signo lethali in dysenteria apparente ex humoris natūrā egit; nunc ex eadem dysenteria aliud signum perniciosum assumit desumptum ab excretis, quæ ad partis essentiam pertinent.

Dysenteria laboranti, si veluti carunculæ deliciantur, est mortale.

Ut ex duobus signis mortem in dysenteria prædicet, alterum ex virium imbecillitate, alterum vero ex morbi magnitudine desumptum.

Magnitudo morbi cum debilitate virium mortem indicat.

A dysenteria habito si veluti carunculæ deliciantur, est mortale:

Antecedens de se manifestum est, si quidem mors sequitur, cum morbus superat facultatem: at cum magnus morbus est cum virium debilitate, superatur facultas à morbo. Cons. prob. Nam vox illa *laboranti*, aut *habito*, longum jam tempus significat; & idēo juxta debilitatum ægrum ex hoc ostenditur: at si veluti carunculæ deliciantur, magnitudo ulceris significatur.

Quod hæc signa certissima sunt ad mortem, & certiora, quād præcedens: quia præcedens signum morbi ostendit magnitudinem, cum quo aliquando, si validæ fuerint vires, potest æger evadere, verum hic jam debilitas supponit vires. Card. ait, carunculas non absolute dici ab Hipp. sed veluti carunculas, cuius hac indicant ulcerum juxta perforasse intestinum, & ex mesenterio corroso procedere. Habent autem intestina duas peculiares tunicas, ac tertia accedit ex peritonæo habent, & pinguedinem, & pituitam adhaerentes ipsis: cum itaque corroso incipit primo, raditur, & abstergitur pituita; unde sequitur adeps: tertio loco ramenta quedam, corrasa epidermide intestini: quanto loco caruncula succedit: majores, jam membranis abrasis, quæ prodeunt ex intestinis tenuibus, majores ex crassis: ultimo loco perforatis intestinis, abraduntur circumstantes partes mesenterii.

Quod caruncularum excretio non videtur sufficiens esse ad mortem inferendum, nisi jam debilitatum hominem apprehendat, nec enim sequitur mors necessariò, si in crassis intestinis sit ulcer, dummodo vires non sint debilitatae. Quod vero ad dysenterie successum attinet Hipp. ex profilo in hunc modum scribit. *Dysenterie si cum febre invaserint, aut variis alvi zigzagibus, aut cum hepatitis, aut præcor-*

comes

xii.

Intent.

Ergo

Intent.

Dominj.

dii, aut ventris inflammatione, & quæ dolorosa fuerint, & cibos interficiunt, si-
timq; inducunt, hæc omnes male sunt, & qui sanè plurima horum habuerit, citissi-
mè peribit, qui verò paucissima, huic plurima spes est; moriuntur autem ex hoc
morbo maximè pueri quinquennes, & seniores adhuc decennæ, reliquæ verò etates
minus; At quæ dysenteria commoda sunt, hæc mala non inducunt, verum sangu-
ne, ac ramentis egestis desierunt sptima die, aut decimaquarta, aut vigesima, aut
quadragesima, & morbos præcedentes curant; Hæc ille.

3. Adn. Quod verbum hoc fiens Gal. multipliciter sumitur; aliquando enim morbum
factum significat, sed per illud tempus quo adhuc non pervenit ad magnitudinem
insignem factam, proinde tunc dicitur, cum vehementiam acquirit: dysenteria
itaque fiens dicitur, cum non adhuc substantia intestinorum deraditur; facta ve-
rò cum ramenta decidunt, & carunculæ. Secundo modo fiens morbus dicitur,
qui actu generatur non tamen secundum omnes partes factus est; qua ratione febris
hectica factus morbus dicitur; putrida verò fiens. Tertiò fiens dicitur pathos, sen-
tientia, & symptomata, quasi dispositio ad effectum aliquem: at cum actio jam im-
primitur, morbus, & affectus dicitur.

APHORISMUS XXVII. Quibus per febres, &c.

Conne- **M**ANIFESTAM habet dependentiam à superioribus hæc sententia, cùm
xio. sicuti in illis, ita & hic de sanguinis evacuatione agat.

Intent. Quibus per febres sanguinis undecunque eruperit copia, his convalescentibus
ventres humectantur.

Ratio Ut Medicus ex nimia sanguinis effusione alvi fluxum, seu diarrhæam prædice-
tent. re possit: secundò, ut in reficiendo adhibeat paucum, & boni nutrimenti cibum,
& calorem confirmet naturalem; tertiod, ut doceat præcavendas esse magnas ve-
narum sectiones, quod antiqui faciebant, quamvis hac in parte magis peccent Me-
dici nostri sæculi, ad minus, quam ad majus.

Demo- Nimia sanguinis effusio per febres virtutem minuit naturalem. **Ergo**
stratio. Cùm reficiunt æ gri, levitate intestinorum laborabunt.

Antec. prob. Siquidem sanguine plurimo educto, corpus frigescit totum, ac
proinde virtus naturalis, quæ coctione fit, & retentione. Consequens facile se-
quitur, quia cùm nec coqui, neque retineri, neque distribui possit alimentum
comodè, gravata facultate deiicitur, adde inanitionem illam appetitum excitare;
quare in causa esse, quo magis sumant alimenti, & idèd etiam minus confidere pos-
sint.

Adn. Quod hæc sententia vera est in universum. Verum addit (cum febre) tum
quia frequentius crises per haemorrhagiam in febribus fiunt, tum quoniam febrile
corpus non solum debilitatur à sanguinis missione, sed jani ex febre tabefactum
est; unde dupli ratione minus poterit coquere, & retinere. Dixit autem san-
guinis copiam, significans multum debere educi: ex quacumque verò parte, quia
undecunque fluat vim habet debilitandi, verumtamen est quod ex superioribus
partibus exiens, magis debilitet, quam ex inferioribus.

2. Adn. Quod humectatio ventris non solum sequitur ad magnam effusionem sanguinis,
sed & ructus acidus; & omne genus cruditatis, atq; hydrops, cachexia, & ma-
lus corporis habitus Gloslat Hipp. hanc sententiam in Propheticō, nisi urinæ con-
coctaæ appareant: quæ verba duplice habent sensum: primò, ut signum sumat
ad prædicendam cruditatem ex copia, ubi vires valde debilitat: tunc enim urinæ
coctaæ non apparebit, & quæ tempore cruda apparuerit, alius humida erit: quod

si, facta magna effusione, urina adhuc cocta appareat, illa non est talis, à qua separari possit diarrhæa, & cruditas: vel secundò sic intellige: si Medicus exhibeat cibum ad proportionem caloris, & corroboret calidum innatum, atque reficiat paulatim, tunc fiet, ut coquatur urini, & venter non humectabitur.

Quod hic Aph. meritò reprehendit Hispanos Medicos, qui toties solent venam ^{3 Adm} secare ægris, quoties ad illos accedunt; & licet experientia istis arrideat, attamen periculosa est talis curatio, & meritò reprehendi debet: nec enim saltem evitare poterunt, quod hic prædictit Hipp. ut cætera taceamus mala, quæ importunam illam phlebotomiam consequuntur.

APHORISMUS XXVIII. *Quibus dejectiones sunt biliosæ, &c.*

CUM de sanguinis, & atræ bilis dejectionibus, seu supra, seu infra fiant, ^{Connec-} in præcedentibus dixi; in hoc de bilis dejectionibus, deque illius motu ^{xii.} ad superiores, vel inferiores partes fermentum instituit.

Duæ proponuntur conclusiones, quarum prima docet, ad surditatem cessare bi. Intent. biliosas dejectiones: secunda verò, ad biliosas dejectiones cessare surditatem.

Ut Medicus alterum ex altero prædicere posse, necnon in surditate biliosa, na- ^{Ratio} turā sequens ad contraria medicamento revellat. ^{intent.}

In duas partes juxta duas conclusiones allatas dividit Aph. quarum altera ^{Divisio} motum bilis continet ad superiora, altera vero ad inferiora.

Unico medio ita probari possunt conclusiones.

Motus contrarii effectus parvunt contrarios: Ergo surditas biliosorum dejectio- ^{Demo-} ne, & biliosa dejectio surditate præsente finiuntur. ^{ratio}

Antecedens patet. Consequens declaratur, nam præexistente surditate, cum biliosa dejectio supervenit, ad interna movetur bilis, quæ causa erat surditatis; at si præexistente dejectione biliosa, superveniat surditas, raptus materiæ ad su- periora fit.

Quod cum surditas sit vel antiqua, vel recens, vel cum febre, vel sine febre, ^{1 Adm.} Hipp. de recenti surditate loquitur, & potissimum in febribus. Est autem accidens hoc frequens in febribus, ut recurrat materia præcipue biliosa non semel, sed plu- rimes ad caput, & è contra. Cum itaque natura bilem movens ad interna præex- stentem sanet, Medicus quoque per surditatem febrilem purganti medicamento utetur, quod potissimum bilem purget: nam alvi fluxus non solum surditatem, sed omnes capitum & oculorum morbos tum revellendo, tum vacuando solvere solet.

Quod surditas in febre fiens, & præcipue præcedentibus biliosis dejectionibus, ^{2 Adm.} timorosa est, quia raptum materiæ ad caput significat, unde phrenitidis timor na- scitur, solvit autem surditas non modò biliosis dejectionibus, sed si sanguis per nares effluat, aut aures, & si ad partes infernas abscessus fiant, & si per urinas humor evacuetur, verum Hipp mentionem fecit de alvi fluxu, quia frequentius biliosam surditatem solvit, & ad illam surditas sequi solet, non tamen dixit Hipp. necessariò surditatem solvi per biliosum fluxionem; at si aveniat ex febri surdi- tate, illam solvere; sicuti nec surditas sequitur necessario ad alvi suppressionem, sed quo i si surditas aveniat cessat alvi fluxus.

Quod revulsio potentior est vacuatione, & derivatione, quia hæ non juvant, ^{3 Adm.} nisi humorum peccantem elucant; verum revulsio, etiam cum sit humoris non ^{ns.} peccantis, solet juvare, quia impetus naturæ ad contraria, tollit fluxum priorem; ceterum fieri potest, ut tanta sit bilis copia, ut maneat surditas etiam cum biliosa dejectione, int' contraria (at il raro accidit) Hipp. autem docet, quod plerumque fieri solet; potest item derivari materia ad parotidas, & febrem, & surditatem tollere.

APHORISMUS XXIX. *Febricitantibus sexto die, &c.*

Conne- **C**UM in antecedenti de motu bilis ad superiora, vel inferna egisset, nunc
sio. de rigore arripit sermonem, quod febrium accidens insigne est, & notissi-
mum.

#tent. Quibus in febribus sexto die rigores sunt, Indicatio est difficilis.

Ratio Ut demonstret hoc peculiari exemplo conatum omnem naturae, & perinde cri-
#tent. sum, quæ sexta die fit, difficultem esse, & præterea colligat, quod infra etiam do-
cebit, pares dies ad iudicationis difficultatem esse aptos, & inter pares dies sextam
difficiliorem esse.

Demō- Rigor sextæ diei non sit secundum naturae providentiam, neque cæli vi; ergo
præcis. difficile pariet iudicationem.

4. de Antec. prob. nam natura ut scripsit Hipp. non solet movere, nisi per dies im-
morb. res: at nec à cælo regulari potest sexti diei excretio, cum nulla in eo die configu-
ratio sit motus Lunæ, vel Solis, at nulla est alia in nobis movendi vis, quam à
natura, ut causa particulari, & cælo, ut universali: quare motus erit sympto-
maticus, & purus ipsius morbi, qui septimam expectare non potuit, ac perinde
difficile judicium portenditur.

5. adn. Quid sicut inter impares dies septimus est primus, & veluti rex, quia in eo,
ut plurimum crises sunt, & al bonum; ita sextus dies omnium est pessimus, &
quasi tyranno comparatur; & cum omnis morbus, qui per dies pares judicatur,
difficile habeat motum; sexta tamen dies parium dierum est vilissima. Difficul-
tatis autem judicii, vel mortem, vel dolores, vel recidivas significat, aut in alium

Hipp. morbum transmutationem. Quid si quando eadie crisis facta est, id raro, & ve-
infl. luti admirandum notatur, & accedit; quia natura ob robur preoccupat, & prin-
7 Epcl. cipium crisis facit die sexta, septima tamen finitur, habet autem exemplum Phi-
listidis Hetaclidis uxoris, quæ die sexta riguit, & minxit multum; septima ta-
men perfecta fuit crisis facta.

2 Adn. Quid rigor solet antecedere iudicium, quod sit per sudorem, & etiam illud,
quod per vomitum sit: sed cum febris possit esse continua, vel intermittens, Hip-
potissimum de continua loquitur; quia talis per sudorem solet iudicari; unde in-
fra rigorem supervenientem ardenti febri, solvere illam dixit: sed in intermitten-
tibus etiam difficile iudicium potest ea ratione argui; quia per dies pares movetur
morbus, si ad sextam diem rigores sunt. Non est autem necessarium, rigorem
antecedere omnem sudorem; potest enim sine rigore fieri: sed neque ad rigorem
sequitur necessarium sudor, nisi cum criticus fuerit.

3 Adn. Quid rigor motus est cum concussione factus à causa aliqua præter naturam;
quæ duplex esse potest, frigus scil. & calor; neque inconveniens est, contrarias
causas eundem parere effectum, cum reguntur ab aliqua superiori causa, ut à fa-
cultate: nam frigidum rigorem facit calorem pellendo, calidum mordendo: qua
ratione in febribus rigor iudicatorius, vaporem, aut tenuem billem acrem, &
mordacem indicat deferri ad partes sensiles, unde sudor, aut vomitus, aut alvi
fluxus est. At major rigor, qui à causa calidi sit, quam qui à frigidu. Fit autem
aliquam lo symptomatiæ, ut cum virtus est imbecillis, quæ, cum multum labo-
ret, concutit corpus; aliquam à criticæ, cum virtus fortis est, & validam efficit
commotionem.

APHORISMUS XXX. Quibus accessiones sunt, &c.

NEXUS præsentis sententiæ cum superiori satis est evidens; est enim sicut illa de judicij difficultate; verum ibi ex die judicatorio, hic vero ex accessionum ordine rationem desumit. Connexio xii.

Accessiones si servent eandem horam, judicium febris est difficile.

Ut Medicus ex hoc uno signo morbi pertinaciam cognoscere, ac perinde prædicere, & cautius curare posuit. Interv. Ratiō intent.

Repetitio quotidiana accessionum in eandem horam, causæ firmatatem ostendit: ergo difficilis solutu erit morbus. Dēmōstrat.

Antec. prob. quoniam ordo ille indicat fixam morbi causam, & proinde non solum ex motu materiæ, sed Solis, aut Lunæ, pendere.

Quod judicium morbi significat magnam mutationem, seu in pejas, seu in melius, unde judicari dixit Hipp. in morbis esse, cum augmentur, aut in alterum transmutantur, vel finiuntur, hic igitur judicium difficile significat, & quod longo tempore finietur, & quod cum difficultate, ut facilis sit recidiva, aut ad abscessum finiat morbus. Est autem febris, de qua loquitur, vel continua, vel intermittens; & intermittens quotidiana, aut tertiana, aut quartana, aut septimana. Vera autem est sententia de omni febre, & de omni accessione. Illud autem postera die etiam significat, si tardius repetat. 1. Adm.

Quod sensus Aph. quoad invasionem triplex est; primus, ut accessio secunda invadat eadem hora, qua prima desinit; secundus, ut invadat eadem hora, qua prima incipit, tertius, ut secunda accessio invadat, & recedat eadem hora, qua etiam prima; primus sensus est absurdus; secundus, & tertius ad mentem Hipp. sed tertius magis, id est licet Aph. de omnibus febribus, verus sit, tamen de continuis intelligere videtur, quæ ita se habent ut per singulos dies confurgant fines, & principia accessionum; quia cum sperat intermissione, rursus alia corripit febris. 2. Adm.

Quod vera est sententia, non solum si ea lemm hora invadat secunda, quæ prima; sed si æqualibus intervallis post ponant, aut anticipent, non item si inæqualibus. Solet autem anticipatio accessionum ferè augmentum morbi significare; sicuti postpositio declinationem: eadem autem hora si veniat, statim; attamen nullum perpetuum est: anticipatio enim, & ob naturæ robur, & morbi vehementiam fieri potest, sicut postpositio virium debilitatem sequi potest, verum & ejusdem horæ repetitio per totum morbum à principio fieri potest; igitur alia signa consideranda sunt: duratio enim, & vehementia accessionis, & quæ in excrementis apparent, ad firmitudinem judicij faciunt. Verum dices, unde tanta causæ firmitas, ut ordo, & qualitas servari possit tam longo tempore, & cur quartana tam diu conitatur hominem, si salutaris est, & materia singulis accessionib; pellitur? Dic in causa esse Solis, aut Lunæ motum ordinis illius, & peculiarem materiæ putredinem; longitudinem vero in quartana causat materia tenacissima, quæ in parvulis venulis adhæret, quæ non potest facili negotio disiungi. 3. Adm.

APHORISMUS XXXI. Qui per febres lassitudinem sentiunt, &c.

CUM de judicatione Hipp. in antecedentibus verba fecisset, & judicium vel per abscessum, vel evacuationem sit, nunc de judicatione sermonem habet, quæ per abscessum sit. Connexio xii.

In lassitudinosis febribus abscessus sicut potissimum ad articulos, & ad maxillas. Intensit. Ult.

Ratio. Ut ex hoc uno signo prædicere possit Medicus non solum per abscessum fieri iudicium, sed locum abscessus maximè esse articulos ipsos.

Demost. In laetitudinosa febre materia multa est, articuli debiles: ergo ad eos fiet abscessus. Ante prob. quia laetudo, seu spontanea, seu ex labore, plenitudinis est causa: spontanea ob vasorum plenitudinem, laboriosa ob colligationem: articuli quoque imbecilles sunt, si quis laboravit; aut si non laboravit, ubi dolent, debiles sunt. Conseq. deducitur, quia materia multitudo cum articulorum imbecillitate, accedente febre colliquante, abscessus faciet ad articulos.

Adm. Quod laetudo vel est spontanea, quæ sine labore sit; vel non spontanea, quæ labore sequitur: Rursus, utraque vel febrem antecepit, vel cum ea est conjuncta. Hipp. itaq; de omni laetitudine loquitur, sed magis de spontanea, & quæ febrem comittit: quia laboriosa, cum bitem magis pro causa habeat, vacuatione poterit finiri, & sodore; at spontanea magis sequitur materia multitudinem, & cruentatem. Solet autem ab abscessu liberare urina, si multa prodeat, crassa, & alba, aut sanguis è naribus: unde Medicus poterit abscessus praecavere, sanguinem mittendo, aut evacuando.

Apla. Quod articuli valde parati sunt ad recipiendum humorem, ac præcipue inferni pedum, & genuum, quia loca sunt debilia, & ex latitudine tubefacta: maxilla autem glandulas habent insignes ad aures, & collum, at quas potissimum fluit humor cum tenuis est, & in capite; sicuti cum est crassus, & frigidus, ad inferna: Nec solum ad articulos abscessus fient ex laetitudinis febribus, sed etiam ad partes juxta illos per totum crus, aut inguen, aut femur. Cognoscitur autem materia decubitus ex dolore, & calore partis.

3 Adm. Quod Hipp. in febribus ad abscessum signa sumit tum ex cruditate, tum ex longitidine morbi, cum adsunt reliqua salutaria signa; unde script: *Quicunq; urinas tenues, & crudas mingunt longo tempore, sed alia omnia signa, ut in supervilu-ris sint, in his abscessum expeditare oportet ad locos infra septum transversum: & rur-sus in longitudine morbi, cum febris prorogatur, sed uiter affecto homine, neq; is ob inflammationem, aut alii in causam dolore detinatur, hunc abscessum expeditare oportet ad aliquam articulum, vel maxime infernum;* Cum hi itaque si laetudo jungatur, adhuc abscessus certior erit.

APHORISMUS XXXII. Quibus ex morbo convalescentibus, &c.

Contra- **N**EXUS cum antecedenti clarus est; de abscessu enim dixit, qui in febribus spectari solet; hic vero de loco abscessus tractat.

Intent. Ex morbo levatis ad eam partem fient abscessus, quæ laborat.

Ratio. Ut doceat cognoscere locum futuri abscessus, nec non fieri illos posse non solum in febribus, sed etiam post febres jam convalescentibus, & surgentibus ægris.

Demost. Labor receptionem facilem facit; ergo ad illam partem fient abscessus, quæ dolet. Ante prob. quia labor, seu dolor trahit, & debilitat; quare fit, ut facile reddat receptionem. Conseq. prob. quia abscessus fient per materię receptionem.

3. Apla. Quod convalescens est in duplice differentia, quidam est perfectè judicatus; alius vero imperfectè, quod alii mox reliquæ remanserint. Hipp. non intelligit de primo, sed de secundo convalescente, quia primus cum sit purus, non habet in se causam abscessus. Ceterum abscessus recidivus solet praecavere, quia materia non amplius ad nobiles partes vergit, nisi recurrat, quod in convalescentibus raro fit.

Quod labor hic significat omnem membra debilitatem, seu præcesserit, seu in morbo, aut in convalescentia adveniat. Seu igitur dolet, seu intemperata sit, seu alia quavis ratione langueat pars, labor ille fluxionis, & causa, & signum est se solet. Causa primò, qua trahit; omnis enim dolor attrahit. Secundò debilitat, omnis enim debilitas ad recipiendum apta est; qua ratione potissimum ad articulos abscessus fieri dixit supra. Signum vero abscessus labore est, & dolor, quia præsentem causam ostendit.

Quod hic universaliorem ponit sententiam, quam supra: quia ibi de articulis dixit, hic vero de quacunque parte sermonem habet, quæ doleat, aut laboret. Solent autem fieri abscessus in morbis aliquando boni, aliquando mali: mali quidam tales sunt simpliciter, ut qui sunt acritici, & ad partes nobiles fiunt, & iniçprem morbum inducunt, quam prius; at mali secundum quid, dicuntur abscessus, qui vel claudos, vel cœcos efficiunt homines, aut corporis partes corrumpant, sed tamen liberant à morbis: unde scriptis in Progn. ungues nigros significare faturum absceolum ad illos; &, si alia bona signa adveniant, sanari quidem ægrum, sed casaros digitos. Et illud, quod scriptis 2. Prædict. claudos, cœcosq; evadere homines ex abscessibus, ut prædictabant Medici in admirabilem prædictio- nem, cum jam futuros abscessus ad illas partes ex pessimis morbis cognoscerent.

APHORISMUS XXXIII. Sed si quæ ante morbum pars, &c.

CUM duabus antecedentibus manifestam satis connexionem habet hæc sen-
tentia: quia sicut in illis de doloribus, & laboribus agitur; ita in hoc: sed ^{Connex.} in 30. de labore agit, qui febrem comitatur; in 32. de eo, qui febrem sequitur; in hoc vero de illo, qui antecedit.

Si quæ ante morbum pars laboraverit, ibi morbi sedes.

Ut non solum abscessus futuri, quod in antecedentibus dixit, sed morbi locum ^{Ratio} indicet, quantum autem loci affecti cognitio Medico conducat, ex eo patet, quod intent. tantum variat curatio, quantum locus affectus evariat, adeo ut idein morbus in diversis locis, contraria desideret remedia, ut in phrenitide, & pleuritide patet, cum ambæ sint inflammations.

Abscessus ad eam partem fiunt, quæ laborat: ergo morbus ad illam partem fiet, ^{Dominus} quæ ante morbum laboravit.

Antec. ex præcedenti Aph. satis est evidens. Conseq. prob. quia eadem est ratio cognendi abscessum, & morbum omnem: est enim morbus omnis abscessus, nec minor, quam morbus ex quo fit, cum per illos sit iudicium.

Quod labor hic significat, sicuti in antecedenti, omnem partis debilitatem, ^{1. Adh.} seu illa sit ex natura, seu ex morbo, seu pertineat ad intemperiem, seu malam conformatiōnem; quare dicebat inferius, si quæ pars calefaciat, aut frigescat, ibi morbi sedes est: & rursus qua corporis parte sudor est, ibi morbus: exemplum habet Lib. 6. Epid. sect. 7.

Qui igitur vocibus, ait Hipp. se fatigarunt, aut riguerunt, in anginas magis, destrunt; qui vero manibus laborarunt, manibus tantum siderati, ac res luti sunt: qui vero equitaverunt, aut amplius iter fecerunt, aut alios labores erubibus perficerunt, his ad lumbos, aut crura impotentiæ, & resolutiones abortæ sunt, & ad fœmora, & tibias laffitudo, aut dolor.

Quod Medicus providere debet ad partes, quæ sanis hominibus, quavis ratio-
ne sunt debiles, ne illas quoquomo lo agitat, aut perturbet, calefaciat, aut frige-
ficiat, quia facile morbos concipiunt, & præsertim quo partes fuerint nobilio-
res,

tes, præcipue pulmo, & caput: leviter tamen exercendæ sunt, & paulatim fricitionibus, aliis vè hujusmodi motus generibus. Docet igitur Hipp. hic locum affectum dignoscere ex morbis, cuius cognitio non minora præstat Medico curanti, quam enus affectus; quia licet ex affectu genus auxiliū in genere colligatur; et loco tamen affecto plura colliguntur, & magis individua.

A PHORISMUS XXXIV. si febre detento, &c.

CUM in antecedentibus de abscessu locutus sit, qui ad partes ignobiles sit, & morbos judicare solet, modò de illo agit, qui ad nobiles ire solet, & perniciösus est.

Suffocatio repente supervenient, nullo apparente in fauibus tumore, febre detento mortale.

Ratio. Ut doceat mortem præfigire, ubi talia apparent signa, ac proinde non esse in intent. tali casu auxiliandum; nisi cum prædictione.

Demissio. Si febre detento suffocatio repente adveniat, sine tumore, cordis calor refrigerari nequit: ergo mors sequetur.

Antec. prob. quia per talēm affectum guttū ita constringitur, aut convellitur, ut aer attrahi non possit ad refrigerandum cor, quod etiam, propter febrem, magis aerem desiderat. Conseq. prob. quia vita non potest consistere, nisi calor corporis conservetur per inspirationem.

Instant. Quod suffocatio hic eam significat dispositionem, per quam vix respirare possunt ægri; ideo coguntur ad orthopnæam, seu sedentes respirare. Ea verò vel sensim fit, vel repente, sensim fit, quoties pulmo, aut aspera arteria crassis humoribus, aut pure repleantur, vel tuberculis patiuntur. Verum quæ repente fit, vel gutturi virtus contingit: vel venarum interceptione, ut in apoplexia, vel aura maligna ad cor ex utero delata, ut in hysterica passione evenit. Hipp. addit cum febre, quia neque apoplexia, neque hysterica passio cum febre est. Cum verò viatum in gutture, aut inflammatione fiat, aut convulsione exsiccatate, quidam intelligunt de angina illa horrendissima, quæ nil conspicui facit in fauibus, & intra 3. dies occidit cum dolore, & orthopnæa: verum alii, ut Card. non de angina loqui Hipp. rati sunt, quia illud à febre habito significat jum diu hominem à febre detentum, & convalescentem, in quo nulla occasio est inflammationis; adde, tacuisse dolorem, & præterea etiam sine febre talem anginam esse lethalem: quare intelligunt de suffocatione, quæ accedit ex siccitate convellente musculos gutturis internos. Et sane probabilius est hæc sententia. Valesius autem primo modo de angina intelligens, illud à febre habito interpretatur de magna febre, quia tunc major est respirandi necessitas: Quod licet sit causa ad juvans, tamen illud (à febre habito, non puto convalescentem, ut Card. intelligit, neq; magnam febrem solum significari; sed debilitatum etiam ægrum, ita ut hæc affectio ideo etiam lethalis sit, quia jun à febre debilitatum hominem apprehendat, sicuti dicebat, à pleuride detento malum esse, si alvus profluat, intelligens jun debilitato ex morbo.

Actio. Quod in angina tumor, quod evidenter est, è minus est periculum; cum igitur apparet in fauibus tantum, non ita bonum est, sicuti si in cervice, & in sella adhuc si in pectori se ostendat: tumoris enim nomine non modo elevationem, sed ruborem quoque intelligere oportet, qui in erisypelibus conspicui solet: verum cum ex siccitate per convulsionem strangulatio contingit, tumor apparere nequit, sicut in prima specie angina, occupatis internis musculis gutturis.

APHORISMUS XXXV. Si febre detento, &c.

NEXUS hujus Aph. cum antecedenti clarissimus est: nam ambo sunt de suf. *Connexio* focatione, quæ in febre contingit, sed per varia symptomata describitur. *xio.*
Si febre detento de repente collum intorquetur, ac vix deglutire queat nullo *Interv.* in faucibus apparente tumore, est mortale.

Ut ex istis accidentibus mortem prædicere possit Medicus.

Perversio colli repentina in febricitante cum deglutiendi difficultate sine tumore *Ratio intent.* vel inflammationem, vel convulsionem lacertorum gulae facit, & operationem *Demis.* vitæ necessariam tollit: ergo mortalis.

Antec. decl. quia gula alligatur spinæ, guttus gulae; ideo suas communicant affectiones. Cum itaque vel tumor est in vertebris, vel convevuntur ligamenta œsophagi, collum perverti solet, ac deglutiendi difficultas nasci: ceterum deglutitio opus est ad vitam necessarium, sine quo vivere homo nequit. Consequens prob. quia vertebrarum inflammations, seu convulsiones, per quas vertebræ luantur, sine aliquo tumore faucium, curationem non admittunt, maximè accedente difficultate devorandi.

Quod præsens Aph. differt à superiori, quia ille per suffocationem minatur periculum, hic per deglutiendi difficultatem magis; quamvis utrumque accidens in utroque supponatur: at difficilior erat respiratio in antecedenti, in hoc vero devo-*1. Adm.* ranti facultas: quia in illa magis afficitur aspera arteria, in hac vero magis œso-
phagus: pervertitur autem collum, vel ad latera, vel in partem anteriorem, vel posteriorum, magis autem perversionem eam significat, quæ ad latus est.

Quod licet angina fieri possit ex luxatione vertebrarum spinæ, ob inflammationem, aut tumorem quempiam trahentem ligamenta: tamen hic magis intelligere possumus, ut suora, perversionem, quæ ex siccitate fit lacertorum œsophagi, aut gutturis, quæ jam febre debilitatis acuta, ait Card. advenire solet: & eam præcedunt duo signa lethalia, vox clangosa, & sonitus quidam, dum bibunt, indicantia nimirum siccitatem: addit cum febre, quia ut scripsit 2. Epid. illi gravius affligebantur, quibus cum febre cervix intus vergebant. Sed quid dices Hipp. antecedenti, eis, qui solum deglutire non poterant, anginosis, valde mites fuisse Anginas? Dic fuisse tales sine suffocatione, ideo non pericitasse: hic vero suppone re etiam suffocationem: Vel dic, ibi de angina; hic vero de perversione, quæ ex siccitate fit, loqui, & supponere hominem jam febre confectum.

APHORISMUS XXXVI. Sudores febricitantibus boni, &c.

CUM in antecedentibus de Crisi dixerit, quæ per abscessum fit; nunc de illa *Connexio* agit, quæ per excretionem nascitur, assumens in exemplum sudorem. *xio.*

Duae sunt conclusiones in A. h. quarum prima dies laudat, qui bonos sudores ef-*Interv.* ficiunt; secunda vero eos, qui malos.

Ideo in duas partes dividi potest præsens sententia juxta duas conclusiones præ-*Divisio* dictas.

Ut demonstret, qui dies sint probandi ad crisin, quæ per evacuationem fit, ad-*Ratio* durendo sudores in exemplum, & qui item reprobandi: & non solum ex materia intent. morbi, sed cœli virtute judicia pendere dignoscamus.

Sudores, qui incipiunt 3. 5. 7. 9. 11. 13. 17. 21. 27. 34. morbos bene judicant. *Demis.*
Ergo boni.

Antec.

Antec. decl. quia per tales dies ut plurimum ad salutem fiunt judicia, quia impares sunt, & natura per dies impares movere solet. *Conf.* clarè sequitur.

Demo- Sudores, qui extra tales dies fiunt, aut dolorem, aut morbi longitudinem
frat. 2 aut recidivam significant: ergo mali.

Conseq. manifestè sequitur. *Antec.* prob. dupliciter: tum ratione, tum experientia: quia qui illis diebus judicati sunt supra numeratis, ut plurimum bene judicati sunt; qui vero extra illos male; & ratione, quia sudores ultra praedictos dies venientes extra natura ordinem sunt, cum tiant illi temporibus, quibus natura quiescere solet, scil. in inparibus diebus.

1. adn. Quod ad sudoris, & alterius excretionis perfectionem non solum requiritur dies impar, sed quod fiat coctione praecedente; quod ubi contingit, vires omnino superant morbum, at cum vires à morbo superantur, nec in die critica, neq; coctione apparente sit judicium, unde mors sequi solet: at cum medio modo te habet, & partim superat morbas, partim vires, sit, ut in die critica judicium sit, non tamen necessario semper ad salutem, quamvis ut plurimum, quia vires possunt assequi diem judicatorium, non tamen mate le victorianam.

3. adn. Quod sudore judicantur febres tum acutæ, tum longæ, sed acutæ præcipue, quia calidiores sunt, & ex tenui materia constant: nam longæ febres raro sudore solum sine alia excretione judicantur: at in acutis accidit, ut una dies fieret solum per sudorem; ideo numeravit solum dies usque ad 40. in quibus acuti morbi cum febre terminari solent; & quod de sudore dicitur, transferre oportet ad omnem aliam vacuationem.

3. Adn. Quod videtur male omisisse 4. diem, cum sit dimidium septimæ, & in ea iudicationes non ita raro fiunt, ut putavit Gal. Nam Periclis in Abderis 4 die per sudorem est judicatus: & 7. Epid. uxor Elcominis mensium effluxu judicata est; et ruin quia 4. dies non adjungit sibi naturæ motum, ideo excluit, quamvis habeat in se cœli rationem; nam morbi, qui per dies pares exacerbantur, in illis judicantur; at difficile ut plurimum: quare bona iudicatio si fiat in quarta, id provebit, quia arripit iudicationem 3. aut 5. diei. Sed cur non numeravit 13 & 15. diem, qui impares sunt, sed 14. qui par est? An quod 14. si ipsa impar est, & perficit etiæ 13. die inchoatum, aut extenditur ad 15. Sed cur addit 21. & tacuit 20? An quod 20. dies partem continent 21. ea ratione, qua Medici dies numerant; ideo parum refert seu 20. seu 21. dies judicatorios; tacuit etiam 37. & 40. quia raro judicant, per alios autem dies intra 14. intelligit 2. 8. 16. 18. 22. 26. 28. 32. 36. 38.

APHORISMUS XXXVII. Frigidi sudores, &c.

Connec- **C**UM in antece lenti de sudoribus bonis, aut maliis juxta dies evenientes tra-
xio. Et alet: nunc de sudoris qualitate agit, allumens inter primas frigidam quidque ex ea significetur, edocet.

Intent. Duas habet Aph conclusiones: prima frigidum sudorem cum febre acuta mortale ostendit: secundam, si accidit cum sed. e non acuta, longitudinem morbi significare ait.

Divisio Ideo in duas partes juxta duas conclusiones dividi potest Aph.

Ratio Ut quid in febris ex frigido sudore sit sperandum, doceat, atq; timorosum
intent. valde hoc accidens pronunciet.

Demis- Frigidus sudor in acuta febre, vel morbum insuperabilem, vel extremam vi-
frat. 2 vitum debilitatem denunciat: Ergo lethalis.

Antec. prob. quia frigidus sudor in acuta febre, vel accidit ex inflammatione valida

valida visceris alicujus, quæ sicuti cucurbita trahit calorem ad se, partes relinquentis frigidas, unde insuperabilis affectio significatur, vel quia membrorum calor est extictus, quippe internus, ut exiguus, potest quidem elevare vaporem, non tamen calefacere, unde extrema imbecillitas significatur.

Demō-
strat.

Conseq. prob. quia utraque causa est mortis iudicium.

Sudor frigidus cum febre non acuta multitudinem materiae significat, non perinde vires debiles: Ergo longitudinem morbi. Antec. prob. quoiam cum ex inflammatione interna provenire nequeat, neque ex dissolutione caloris, & spiritus, quia morbus magnus non est, reliquum est ut sequatur multitudinem materiae frigidae, & crudae, quare hic Hipp. sudorem frigidum procedere dicit ex non calefacto malo, neque attenuato, sed crudo existente, sicut calidus ex contrariis.

Conseq. facile seq. quia cum materia multa sit, non nisi longum tempus requirit ad sui coctionem.

Quod in febre acuta frigidus sudor duas potissimum causas habet, vel inflam- 1. Adm.
tionem internam, vel virium imbecillitatem; quare scripsit Hipp. consideran- in frig.
dos esse sudores malos, quippe qui vel sunt ob inflammationis vigorem, vel corporis evolutionem, in febre autem non acuta, neque maligna, multitudinem crudæ materiae ostendunt. Cæterum sudor, qui mortem significat, frigidus debet esse, aut in toto corpore, aut circa faciem, & cervicem, quia tunc causæ magnitudinem arguunt. Sed dices, cur in facie, & cervice tantum si fiat; mortem denunciat, non sic in brachiis, aut erubibus? Dic quia calor innatus in facie maxime vigore solet; ideo viscera male habere ostenditur; quod in erubibus, aut brachiis non contingit.

Quod frigidus sudor, vel exit cum frigido corpore, vel cum calido corpore: vel è contra, calidus sudor cum frigido corpore exire solet. Hipp. primos duos modos intelligit: sed & tertius non minus est lethalis cum acuta febre; quia ex eo significatur exhalatio calidi innati, præcipue cum præcessit spiratio frigida, unde Hipp. Signalib[us] dixit: percutim calitus vapor, si nares prius frigidum spiritum redidere: sed quo lè[re] loqi subjungit: contraria vitalia, dubitationem habet, quia si quis cum calida respiratio frigidum exulet, malum sanè id habetur. Dic illud (contrarium) non referri ad prædicta verba, sic ut calida respiratio cum frigido vapore sit bona; sed quod l[et] vitalia signa sunt, non respirare frigidum cum vapore calido, & quæcumque potius calorem naturalem in respiratione indicant, & corporis temperiem per moderatum vaporem.

2. Adm.

6 Epis.
Sect. 5.

APHORISMUS XXXVIII. Qua corporis parte sudor, &c.

CUM in duobus antecedentibus de sudore egisset, & quo tempus, & quo ad qualitate: nunc de illo verba facit, locum assumens, unde exit.

Conne-
ctio.

Qua corporis parte sudore est, ibi morbus.

Invenit.

Ut per hoc signum partem a iectam cognoscere doceat: est enim hic A-h exēma plura eorum, quæ supradicta sunt de abscessu partium.

Ha-
bitu-

Sudor partis, à qua effluit, dispositionem indicat non naturalem: Ergo morbum.

Demi-
statio

Antea patet: quia pars, quæ secundum naturam se habet, non solet exsudare: unde scripsit sudores ex morbis fieri, seu calidos, seu frigidos. Contra propria omnis dispositio præter naturam licet morbus saltē materialiter, licet non for. mitter, quod est operationes infiñiter iactare.

Quod sudor vel est in parte aliqua corporis, vel in toto: rursus, vel sit excausa 1. Adm.
manifesta,

manifesti, vel sine ea, iterum, vel est criticus, vel symptomaticus. Sententia itaque Hipp. de sudore illo vera est; qui perseverat, & sine causa est manifesti, & qui in parte una sit; quia licet etiam sudor in toto corpore morbum totius ostendat; tamen id in febribus accidit, in quibus non ita curamus de parte affecta, verum non solum jam acta ægrotante homine sudor indicat partis morbum: sed etiam si per sanitatem pars exudare solet, ad illam firmari solet morbus, juxta illud autem: sed si quæ pars ante morbum laboraverit, ibi morbi sedes.

z. Adn. Quod in ore omne Hipp. significare solet non solum affectum, sed causam illius, & symptoma; omne denique quod est præter naturam: & ita intelligere decet Aph. ut al quando morbum, aliquando morbi causam, aliquando symptoma, aliquando hæc omnia ad sint in parte, quæ exudat. Rursus, cum hæc vel per essentiam, vel per consensum esse possint, ita intelligere oportet, ut in parte exudante morbus sit, vel per contentum, vel per essentiam. Et hoc Aph. habes, homines qui per sanitatem exudant, aut corpore toto, aut manibus, idque frequenter, minus salubres esse, quam eos, qui non ita exudant: quia sudor ille assiduus indicat, vel sanguinem serosum nimis, vel retentricis infirmitatem.

APHORISMUS XXXIX. *Et qua parte corporis calor, &c.*

Connec- **C**UM præcedenti optima ratione annexitur hic Aph. sicuidem in utroq; de
xio. cognoscenda parte affecta agitur; & sine tam ille, quam hic, partes sunt
A. h. 33. in quo ex labore colligebat partis infirmitatem, & in antecedenti ab excretis, sudore sc. in hoc verò à qualitate mutata affectum locum dignoscere docet.

Intent. Quia parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.

Ratio Ut ex qualitate mutata Medicus partem affectam dignoscatur, & per consequens
intent. infirmam esse, & debilem, quæ intra corpus tales habet affectiones.

Prædictio Sanitas in temperie consistit: Ergo qua corporis parte calor, ibi morbus.

Antec. Antec. est manifestum, & coæquens non indiget declaratio[n]e.

z. Adn. Quod morbus non est verè intemperies, sed quidpiam aliud intemperiem sequens Medicus tamen non distinguit istis distinctiones, quia parum refert ad euram, sed sanitatem vocat temperiem, morbum autem intemperiem, ideo non est absurdum, intemperiem signum esse ipsius morbi, calidum scil. & frigidum: igitur hic per morbum infirmitatem poteris intelligere, ut (si pars calet corporis, aut friget) infirma sit, & ad illam firmatur postea morbus; sicut si a cœlo ægrotat, jam ex ipsis qualitatibus moribus significatur, & perinde affectus locus.

z. Adn. Quod, sicut de sudore diximus, ad veritatem hujus Aph. requiritur, quod pars assiduè patitur cum affectionem, & quod in ea manifesti non fiat. Caterum non modò calor, ut frigus partem indicat affectum, in qua lunt; sed quicunque labor, ut supradictum est, & fudo, & dolor, & coloris mutation, & tumor. Caterum cui-dam calor erat validus in planta pedis; qui cum alteriusibus frigidis removeri non posset, & facta loci scarificatione, sanatus est; quod ex sanguine eo calefaciente, nec respirare potente originem haberet calor ille; alter vero in collo, & lumbis eisdem sentiens calorem, milso prius sanguine, inde scarificatione reductus est.

APHORISMUS XL. *Quibus in toto corpore, &c.*

Connec- **C**UM de calore, & frigore in antecedenti tractatis; nunc de mutatione
xio. quæ in illis sit, sermonem instituit.

Intent. Mutationes totius corporis, ut in calore, & frigore, longitudinem morbi dicant.

U.

Ut ex hoc uno signo Medicus longitudinem morbi praedicere possit:
Mutatio ex calido, aut frigido, seu in colore totius corporis, varios humores si-
gnificat: ergo longitudinem morbi. Demof.

Ante decl. nam varietas illa, varietatem in contrarietatem causarum indi-
cat. Conseq. facilè sequitur, quia multæ affectiones brevi superari nequeunt.

Quod mutatio consideratur vel in qualitate mutata, vel excrementis, vel actio-
ne. Hipp. exemplum afferit qualitatis mutata; verum de omnibus vera est senten-
tia, rursus vel mutatio est repentina, vel ex longis intervallis: intelligit præcipue
de repentinis, & præcipue in febre continua, licet etiam de his mutationibus vera
sit sententia, quæ sensim fiunt: potest autem talis varietas mortem significare, si
virtutem imbecillem inveniat: sed ubi fortis fuerit, diurnitas significatur; &
non solum diurnitas, sed etiam difficultas judicii; & tales maximè sunt febres
autumnales.

Quod hic Aph. ad febres compositas pertinet; ideo sciendum, quod composita
febris, vel est confusa, quando humores diversi in unum coeunt, ut in tertiana
notha, vel est implicita, quando scil. humores in variis locis sunt diversi, quæ
ambæ febres longæ esse solent. Epialæ itaque, & Lypiræ febres sunt, in quibus
mutationes fiunt, & caloris, & frigoris, & coloris sicuti, & in semiterteria.
At dices: Hipp. laudat mutationem coloris in Progn. An quod ibi intelligit de hu-
morum tenuitate, quæ facile à calore trasmutatur, nec diu durat? At dices ite-
rum: varietas videtur arguere brevitatem; unde dixit ante, febres, quæ eadem
hora corripiunt, longas esse. Sed non concludis, quia aliud est fieri affectionem
sine ordine; aliud diversitas illius; rursus in toto corpore intelligere oportet, vel
absolutè, vel distributivè, modò in una, modò in alia parte.

APHORISMUS XLI. Sudor multus per somnum factus, &c.

CUM ante dixisset sudorem indicare morbum partis illius, unde effluit
nunc de sudore agit, qui in sanis fieri solet. Connexio.

Duae proponuntur concl. prima dicit sudoris multititudinem per somnum indica-
re nimiam cibi copiam: secunda verò purgationem, ubi moderate comedatur.
Intent.

Ut ostendat præcavere morbum futurum, tum ex plenitudine, detrahendo ci-
bum; tum ex corruptione, purgando. Ratio intent.

Sudor multus per somnum factus gravari facultatem indicat: ergo fit à copiosio-
ri cibo. Antec. patet, quia natura non potens tantam sustinere copiam, retinere
nequit. Conseq. prob. quia supponit bene comedere, & appetere hominem. Demof.

Sudor multus per somnum factus in eo, qui modicum assumit cibum plenitudi-
nem, aut cacochymiam indicat, & humorum pravitatem: ergo vacuationem indi-
get. Antec. prob. quia jam plenitudo sanguinis, sicuti cibi, aggravat naturam,
unde sudor. Item mala humorum qualitas à natura per sudorem folet emitti: unde
dicebat qua corporis parte sudor, ibi morbus. Conf. patet: quia plenitudo evacua-
tionem indicat, quæ sanguinis missione fit, at cacochymia eam, quæ purgatione.

Quod multus sudor per somnum factus intelligi debet, si ab alia causa evidenti
non fiat, ut exercitio, aut sudorificis remediis, aut calido thalamo, seu humili-
do. At dices, si ita intelligamus Aph. non continebitur copiosior cibus in prima
conclusione, cum sit causa manifesta. Dic, quod licet cibus sit causa manifesta,
non tamen ita appetet. Ceterum non solum copiosiori alimento significat multis
sudor uti corpus, seu potu: quia non minus exfudant, qui multum bibunt
quam qui edunt: intellige eam, dummodo non sit homini in consuetudine; in
M hoc

hoc igitur casu minuere oportet, & exercere corpus.

Adn. Quod somnus, si quæ alia causa, sudorem promovere solet, qui morbos judicat: quia viget per id temporis evaporans calor, & adjuvat frigiditas cutis: & quia sudores, qui in colliquante febre, & animi deliquio fiunt, à somno non solent fieri, neque etiam multi, neque ex toto corpore, qui nulla indigent vacuatione. Cæterum ubi per somnum multus sudor, si modicè assumat, indiget evacuatione, & quæ sanguinis missione fit, si plenitudo sit in causa; deinde & quæ purgatione, tum superna, tum inferna, si humoris pravitas sit in causa. Cæterum hic Aph. fere eandem sententiam habet cum 8. II. Lib. in quo scrip. Hipp. si à morbo cibum assumens quispam vires non recipiat, copioso alimento corpus operari indicant; si verò modicè epulanti hoc accidat, purgatione indiget: quo in loco Gal. illud. *assumere*, intelligit, ut fiat cum appetentia, & bene nutriantur: at illud *non assumere* sine appetentia: quare purgatio est necessaria juxta humoris peccantis qualitatem.

APHORISMUS XLII. Sudor multus frigidus, &c.

Connexio. **S**EQUITUR Hipp. sicuti in antecedentibus, ita etiam hic sudoris materia.

riam juxta multititudinem, & tempus.

Intent. Sudor multus assidue fluens, calidus minorem, frigidus majorem morbum ostendit.

Ratio intent. Ut ex symptomatico sudore morbi magnitudo, aut præsentis, aut futuri dignoscatur; at cum majori periculo in frigido, quam in calido.

Divisio. In duas partes dividi potest præsens sententia, ut in prima ponat tacite conclusionem, quæ absoluēt ex continuo sudore colligitur; in altera verò distinctè comprehendendo morbum frigidū sudoris ad morbum calidi.

Demonstratio. Sudor semper fluens multitudinem materiæ indicat: ergo morbum magnum. Antec. patet: quia non fluit perpetuo sudor, nisi à multa materia. Cons. deducitur, quoniam sudor multus, & assidue fluens symptomaticus est necessario; quia criticus non solet diu durare; ergo morbi magnitudinem ostendit.

Demonstratio. Sudor frigidus crudorem, & magis pertinacem causam significat, quam calidus: ergo majorem morbum.

Antec prob quia sudor frigidus majus supra naturam materiæ dominium indicat, quam calidus, cum non possit calefieri: quare Hipp. 1. de Morbis ex crudo procedere molo, & non superato semper talem sudorem scribit. Conseq. manifeste sequitur.

Adn. Quod sudor multus semper, aut frequenter fluens in sano morbum futurum indicat; in ægris morbum magnum: nam sudor criticus uno, aut duobus diebus durat, & morbum tollit non sic, cum per totum fluit morbum: frigidus igitur, seu calidus sit, semper symptomaticus est; sed frigidus, ut vitæ inimicus magis, majus semper indicabit malum: omnis igitur sudor assidue fluens longitudinem morbi significat, si calidus fuerit, & vires valeant; verum frigidus non modò morbum longum, sed lethale significat, si fuerit acutus, etiamsi valida sint vires, ut antea dictum est.

Adn. Quod quædam sunt febres, quæ perpetuum habent sudorem, & si fuerint acutæ, pessimus est sudor iste, quia exolutionem indicat. Hujus generis sunt febres Anglicæ, quæ 24. horarum spatio hominem tollunt: cæterum 7. Lib. Hipp. calidum, seu frigidum sudorem purgationem indicare dixit, in robusto per superiora, in debili autem per inferiora; cum enim talis sudor copiam materiæ ostendat, evacuatione indiget, & revulsione.

APHORISMUS XLIII. *Febris que tertio quoque die, &c.*

CUM in antecedentibus Aph. de iudicio egisset, quod à sudore sumitur ; Connexio nunc de eo agit quod à morbo, & potissimum febri i capitum. xii.

Dic propter iuntar co i clu sio nes ; primi docet febres, que tertio quoque die ve. Intens. hementius affligant, esse periculosas ; secundi verò habet, easdem, quovis mo- do intermittant, vacare periculo.

Ut in omn. febre signatur et pre litionem describat, ac intermittentem febrem Rati- omnem periculo vacare demonstret. onem. in ent.

Ideo in duas partes iuxta duas conclusiones Aph. dividi potest. Divisio

Febres, que tertio quoque die magis affligunt, & continua sunt, acutæ sunt : Democ. ergo periculosæ.

Ante, patet, quia biliosæ sunt, & quia continua, necesse est esse acutas ; unde scripsit Hippo in continua febre esse morbos acutissimos, & maximè lethales . Epid. Co. manifestè seq. quia omnis acutus morbus est cum periculo. sed. 7.

Febres, que quovis modo intermitunt, naturam morbum superantem ostendunt: ergo sine periculo. adem.

Ante, prob. quia intervallum illud sine febre, significat superari causam morbi, saltem conjunctam, & accessionem faciente m; & in illo tempore reficitur natura, & recuperatur.

Quod febrium que lum sunt continua, quedam intermittentes ; rursus conti- 1. Adm. nuæ, aut accessiones non habent, ut synochi, & ciascuni ; aut habent accessiones, & si habent, vel quotidie, vel de tertio in tertium, vel de quarto in quartum .

Hipp. in prima parte de continua loquitur, que de tertio in tertium exacerbantur, que sunt biliosæ febres continua, vel simplices, vel compositæ, ut in hemitritæo, seu semitertiaria: & has potissimum dixit esse periculosas, qui magis sunt acutæ, quam continua quot dianæ, aut quartana, quamvis & haec periculosæ sint, sicuti omnis continua febris. Illud autem (tertio quoque die vehementius affligentes) non intelligere debemus, quod augmentum mili, sed quod graviores sint singulo tertio die, quam in intermedio ; quia si primo modo intelligeret , valde clara doceret.

Quod secunda Aph. pars, aut de eadem tertiana intelligenda venit, que si fuerit intermittens, periculo vacat : aut de remissione accessionis, ita ut si intermit- tatur, aut declinet, non sit periculosæ ; aut de omni febre intermitente interpreta- ri licet periculo vacare : quibus omnibus modis vera esse potest sententia. Verum dices ; quotidiana, & tertiana nocturna, & duplex tertiana, non videntur vacare periculo ; quamvis sint intermittentes ; & ego vidi intermittentem febrem rigore occidisse hominem, erat tamen senex. Dic, quantum in se est intermittentem febrem esse sine periculo ; attamen ratione ætatis, ob virium languorem, aut alterius morbi, periculosum aliquando fieri : quinimò febres intermittentes occidere non posse videntur, nisi in continuum transeat. Illud autem periculosum dupli- citer intelligitur, vel absolute, vel quod valde tale fit, omnis febris continua ex primo significatu periculosa est ; sed si fuerit ardens, aut semitertia, de quibus præcipue loquitur : in secundo significatu talis erit.

APHORISMUS XLIV. Quos febres longe, &c.

Conne- **C**UM in lassitudinosis febribus sperandum abscessum docuisset ad articulos
xio. in 31. Aph. in hoc aliud signum proponit, per quod ad eosdem articulos spe-
rare abscessus oportet.

Intent. In febribus longis tubercula ad articulos, vel labores fiunt?

Ratio Ut doceat ex morbi longitudine cognoscere eventum illius per abscessum; ac
intent. proinde, quod sicuti breves morbi evacuatione finiuntur, ita longi per abscessum
judicantur.

Demō- Febres longae vacuatione non finiuntur: ergo per abscessum ad articulos. Antec.
brat. declaratur, quia morbi, qui per evacuationem finiuntur, breves esse solent: Conf. prob. quia duo sunt modi potissimum, quibus terminantur febres, vel per
evacuationem, vel per abscessum: & quia articuli paratissimi sunt ad recipien-
dum, ideo ad eos morbos finiri per abscessum est verissime.

Adn. Quod febres longae, quedam tales sunt absolute, ut quartana; aliae vero di-
cuntur longae, quia ex acutis magis quam decet, decidunt, & de his loquitur Hip-
nam ut scripsit in Progn. ubi magis, quam ratio postulat, prolongatur febris, dum
modo non adsint mala signa, & potissimum si 20. dies transierint jam sperandus est
abscessus ad articulos, & potissimum inferiores: supponit autem febrem conti-
nuam, quia intermitens febris non solet per abscessum terminari, cum materia
per singulas accessiones purgetur: lolet tamen etiam terminari quartana per absces-
sum his, qui etatem habent consistentem, sicut juvenibus magis ad articulos. Ab-
cessus itaque indicatur, cum prologatur febris, quia cum morbus prorogatur sine
malis signis, virtus robusta indicatur, sed materia vel multa, vel lenta, ut neq;
evacuari, neque absolute concoqui possit.

Adn. Quod dixit tubercula, vel labores ad articulos fieri, vel quod tubercula intel-
ligant ad cutim, labores vero ad articulos; vel quod ad glandulas juxta articulos
fiant tumores, ut post aures, vel in collo, & ad ipsos articulos labores, seu dolores.
At dices quomodo possunt fieri labores, & dolores sine tuberculis ad articulos?
Aliqua materia poterit contineri in cavitatibus articulorum, aut in cavitatibus
& vasibus: primo modo non facit abscessum cum tumore, sed secundo. Ceterum,
cum futurus abscessus praedicitur, poterit medicus arte praecavere abscessum, e-
vacuando materiam aut per alvum, aut urinas, aut alia ratione.

APHORISMUS XLV. Quibus tubercula ad articulos, &c.

Conne- **C**UM in antecedenti de abscessu locutus fuisse, qui sequitur causam inter-
xxi. nam, nunc de illo agit, qui causam sequitur externam, cibi copiam.

Intent. Quibus tubercula, vel labores ad articulos post febres fiunt, ii cibaris pluri-
bus utuntur.

Ratio Ut Medicus distinguat abscessum, qui ratione febris fit, ab eo, qui à causa ex-
tent. terria, & à nimio cibo oritur, quo derrahat viscum.

Demō. Virtus ita se habet ad alimentum, sicuti ad morbum: ergo ubi quis post febres
laborat articulis, pluri alimenta utitur. Antec. prob. siquidem morbi superatio, si-
cuti & alimenti, in coctione consistit; licet morboi humoris coctio, maturatio li-
catur, & alimenti nutritio. Conf. prob. quia cum natura morbificam materiam pror-
sus vincere non potest, abscessus facit ad articulos, & labores: ergo cum non poterit
superare alimentum, eadem ratione fiunt abscessus ob crudam materiam.

Quod

Quod aliqui textus non habent particulam illam, *post febres*: aliqui intelligunt, 1. Adm. in febribus; alii post febres: utcumque legas, nam plenitudo abscessus facere solet, verum cum abscessum potius i cauſa sit vel longitudo febris præter rationem, vel copia vietus, illud (*post febres*) dictum ad differentiam Aph. antecedentis videtur, qui ponit febris longituinem pro signo abscessus, hic ergo de convalescentibus magis loquitur; quibus abscessus fieri solunt, aut quia imperfectè sunt judicati, aut quia hæc perfectè sunt judicati, tamen pluribus cibariss utantur: & distinguitur, cum à cibi copia sint, tum quia præcessit bona crisi, tum quod appetunt, juxta A. h. 8. i Lib. quo dixit eos, qui à morbo comedentes non reficiuntur, copiosiori alimento uti: cui vero cibum non appetunt, neque assument, indigere purgatione. Verum illud post febres acutas intelligere decet, quia post illas magis probabile est oriri à causa externa abscessum, quam post longas, quippe raro magis ad abscessum faciendum sint causæ, cum acutæ.

Quod non solum vera est sententia hæc, ab celis fieri ad articulos post febres, 2. Adm. si pluribus utantur cibis, sed etiam si pravis utintur, quamvis quantitate non excedant, quare scripsit Hipp. eos, qui in Aeno leguminibus vescebantur; cibis 2. epid. impotentes fictos esse. Antec. ita; de abscessu est, qui succedit febri, etiamsi nullus committatur error; hic vero de eo qui culpa fit ægroti, quamvis utraque de causa fieri possit.

APHORISMUS XLVI. Si rigor febre non intermittente, &c.

CUM ante de rigore sexta die adveniente habuisset sermonem, eumq; virtu- CONSER-
perasset, nunc eundem rigorem in considerationem ponit, ad virtutem com- xp.
partiendo.

Rigor in continua febre ægrum jam debilem invadens est lethale. Intenta

Ut her hoc signum posuit Medicus prædicere malum exitum in febre continua, ac Ratio
proinde oportet valere symptoma, si adveniat jam debili virtute esse lethale: ut si intenta
cum virium languore, & ægro jam debilitate, vel delirium superveniat, vel con-
vulsio, vel difficultas spirandi, aut si non videat, vel non audiat, hæc enim ali-
junctæ debilitati virium per acutas febres mortalia sunt.

Rigor invadens ægrum jam debilem in febre continua, vitam naturam à morbo
significat: Ergo mortalis.

Antec. prob. siquidem cum supponatur magnus morbus, quia febris ponitur con- Densio-
tinua, ac debilitas virium, neceile est rigorem supervenientem esse symptomati- stratus
cum, & non posse naturam morbum superare.

Quod frigiditas, rigor, & horror secundum magis, & minus differunt: hic 1. Adm.
vero omnes tres species prædictas intelligere possumus; at de extremitate frigi-
datis licet 4³ sequenti: ergo magis de horrore, seu rigore intelligit; qui horror,
seu rigor non solum est signum malum in magno morbo cum debilitate virium, sed
& eius naturam debilitans, & conqualans. Non supponit autem extremitum vi-
rium languorem; quoniam rigor in eis fieri posse nequaquam videtur saltem ratio-
ne virium tentantium crism.

Quod rigor, vel semel invadit, vel pluries, & hoc, vel in intermittente febre, 2. Adm.
vel continua; sententia est de rigore, seu semel, seu pluries invadit, non in inter-
mittente, sed in continua; licet etiim aliquando in febre intermittente in sensi-
bus iacto posse intermixere horum, veluti ipse videt in Joanne Fatio Graecantem:
erit autem sensus, & jam per dies 34. febre tertiana d' ipsi laborabat, & rigor ac-
cedens eum interfecit non potente ferre natura; at raro contingit in intermittente

febre iste casus, quia ut platinum si' lutes sunt tales febres, rigor autem in hoc casu, aut naturam indicat crisiu te itante, & non potentem perficere, aut totus morbificas est, & naturam in ipsis prosternens.

3. Adn. Quod virtutis debilitas duplice ter contingit, vel per oppressionem, vel resolutionem; tursus, si secundo modo debiles sunt, vel dicuntur tales absolute, vel potestate. Non intelligit Hipp. de debilitate virium, que sit per oppressionem: licet in his aliquando verificari possit sententia, sed de illis intelligit, quibus ob dissolutionem sunt exhauste vires, quovis modo id contingat; licet viribus iam prostratis non videatur fieri post le rigor, sed magis frigiditas; at si rigor invadat hominem viribus valentem, & febris non solvatur, tunc difficile judicium significat, & morbi longitudinem, non tamen necessariò mortem.

APHORISMUS XLVII. *Excrescences in febribus, &c.*

Connexio. **C**UM in antecedenti Hipp. ex actione læsa, seu qualitate mutati, rigore inquam; ad prænō ionem sumeret indicium, nunc ad excrementa transit, que per os excretionē pelluntur.

Intent. Tres ponuntur conclusiones in textu, & ideo juxta illas in tres partes rectè dividit. di potest; primi isserit excretiones in febribus intermittentibus, lividas, cruentas, fœtidas, biliosas, omnes malas; secunda ponit bonas esse, si commode producent; tertia autem id est de alvi, & urinæ excrementis pronunciat.

Ratio intent. Ut Medicus præcipue consideret excrementorum qualitatem, seu ad sputum pertineant, que de morbis thoracis indicant; seu ad alvi excrementa, que ventris inferni indicant dispositiones; seu ad urinas, quarum inspectio magni momenti est venoso genere.

Demissio. Excretiones in febre non intermittente lividae, cruentae, fœtidæ, aut biliosa omnes sunt præter naturam: ergo male.

Conseq. manifestum est. Antec. prob. quia valde distant à naturali excretionē, seu per sanitatem, seu per morbos bene iudicandos. Per sanitatem sputum album est, & commixtum, ac lene: verum in morbo thoracis bonum sputum debet esse commixtum ex albo, & flavo, aut subrubro, & flavo, ut in Progn. scripsit: quantum nullus est ex his, que hic ab Hipp. numerantur.

Demissio. Excretiones commode si proleant, bona: hec conclusio de se clara est. **Commissio.** 2. mo lè autem prodire est, quod oræce lente coctione siant, aut juvent, & dolorem sedent: nec tamen referre oportet hanc conclusionem ad primam, quasi commode prodire possit aliquando fœtidæ excretio, aut livida; hoc enim est impossibile: sed commode ad excretionem in universum referre oportet.

Tertia conclusio ex prima deduci potest: quia si in excretionibus illæ, que à natura valde distant, male sunt: igitur & in urinis, & fecibus quicquid non exit cum juvamento, malum est; quia non qualia oportet educuntur, si non juvat: contrà vero si juvat, qualia oportet, edicuntur.

1. Adn. Quod excretio dicitur non simpliciter sputum, sed quicquid screatu educitur, aut per tuſsim. Excretionē ex capite educī solet materia, tuſsi vero ex thorace. Ceterum spucum fœtidum, aut lividum, non solum malum est, sed lethale; non ita biliosum, aut cruentum, & ideo dixit malum. Addit autem in febre non intermitte, tum quod hæc sœpius in ea accident, tum quia continua febris addit ad malitiam signi.

2. Adn. Quod licet aliquando prava excrementa judicent morbos, ut si post coctionem apparent (unde dixit, ante nigrā bilem apparentem in principio lethalem, quasi postea

postea si appareat non italem nec esset) tunc ilividit, aut foedit excretionis, vel dejectionis partem bene jucire possint morboam, sicuti ne peste pinguis, ille tunc excrementa nimquam connotare glaucantur. At hec, si illud verbum *com-
mota* ad praedictas excretiones non referatur, nimirum redditur sententia clara, & indecens Hipp. qui enim negat, si non tunc pro leuitate, juvare? an quod communis
excreta pientatum intelligitur poterit colligere, etiam si aliis vi levioribus privatis excretionibus; cum vero ut inde A. h. *Si in te rota non erit per haec loca excretio-
natur, malum,* intelligit non solam in aliis hoc est, sed etiam si non juvat, ita ut converti velit istam propositionem; si excreti canjumento veaniunt, bona, si vero non juvant, non bona, utcumque apparent; num aliquam loco bona natura ostendit, cum revera tanta non sint; aliquando mala, cum criticè expellantur, attamen juvant.

APHORISMUS XLVIII. *In febribus non intermittentibus, &c.*

ANTEA dixit Hipp. de rigore superveniente in continua febre lethalem est. **Cure-**
fe, cum egrum leviter apprehensit; nunc de frigore agit, quod in eadem
continua febre apparere solet cum pernicie.

Frigiditas externarum partium in febre continua cum arlore internarum; & si- *Intent.*
ti, mortale est.

Ut ostendit, quā sit horrendum symptomā hoc, per continuas febres, si par. Ratiō
tes exsiccant, frigescant, infelicitas internis. intent.

Extremum partium frigiditas cum ardore intermarum, & siti pessimum mortuum inducit: ergo lethalis.

Ante c. ut illa affectio hæc indicat visceris internum grandem inflammationem, ut ita sit cilorum, sive cecarbituli, inviti natura, quod ex ardore internum purgum, & siti colligitur.

*Q*uod hiat in febre non intermitte, quia in intermitte non est mortale; ^{122.} sicut item in principio accessio[n]is talii ægrum corrumpere solent: ita etiam aliquando it lipò hymia ex apto factibus humoribus ad os ventricali confluentibus, & exterrit refrigeratur cum ardore interaratum, & siti; non tamen perinde mortale est nalam. Ceterum ortes exteroris intelligere a portet, ipsomet Hippo auctore in Progri caput, annus, & se[nt]es, internas vero, ventrem. & colitis.

Quid hic A. h. dicitur. Et hoc, ut scies, interius vero, ventrem, &c. coris.
2. *Ex*
Quod hic A. h. dicitur. In quo dixit, in auctoribus frigus extremarum malorum, tunc quod ille universitatem est, tam non ad lit ardorem internarum, neq; itam; & leo haec ut hic lethale, se meliam habet. Ceterum extremitas frigilias; vel ut a principio febrium, & comittatur illam, ut in Syria, & aridate sed ex sita falsi, vel est supervenientis febribus continuus, & hoc vel cum extremè debilitatis; vel adhac cum viri in labore, de omnius vera est sententia; At si evenerit primo molo, non in meliam; nec canis superveniat secundo molo sine vi-
rū; venuria mors evitari potest, verum si tertio molo, & exhausta viscerum, &
caloris nativi, non solam lethale est, sed locorumque mortem significat, quia ex
primitate caloris avenit, qui non potest extendi ad partes externas. Quae lethale
hic non est, nece Syria mortem significat, sed que at plurimam accedit: ab-
quisito enim frigi de sunt partes exteriores, quia post tertio viiram impedit potest,
quoniam viscolor di facilitat, et in finitam sit in levitudo. Leviora item febris
non est notabilis se aber, & eas mentionem fecit de *Hipp.* & illius curum i fert.
Notandum, sicut illud: ut coquuntur cuncte in nitio item interiam, quia si su-
tus non adiut, non perinde necessarium fuerit. At dices: si ardentes partes interiae,

necessario sitis aderit. Dic, non esse necessariam situm semper, etiam si ardeant intertemperie, ut si corrumperatur ventriculi temperies, vel si in ore ventriculi multa putrefacta sit, aut tussis adsit: febres vero ardentes, quae sine siti sunt, maligniores habentur, quia valde distant a sua natura.

APHORISMUS XLIX. In febre non intermittente, &c.

Connexio. **C**UM supradicta rigorem mortalem statuisset, qui in continua febre ægrum jam debilem invadit; nunc alia signa proponit, quæ & ipsa cum virium langor re mortem significant.

Intent. Perversio labii; aut superciliis, aut nasi, aut oculi, si audiendi, videndique vis periit, in debili ægro, ac febre continua, mortem propinquam ostendunt.

Ratio. Ut non solum colligat ex predictis signis mali quo eventum, sed temphas illius jam intent. affore demonstret; unde certius hic, quamvis mors spectanda sit.

Demonstratio. Predicta signa jam extintam facultatem ostendunt, & penitus superatam: ergo stratis mors propinqua aderit.

Ante prob. nam perversio oculi, aut naris, aut labii, aut superciliis convulsione ex officitate denunciant: cum vero manus morbus ponatur continua febris, & virium debilitas, signum erit, extremum mali advenire. Est autem nona solum signum, sed causa mortis propinquæ convulsio. Sed non videre, nec audire, jam prorsus extinctum indicant cerebri facultatem: haec enim jam morituris advenire videntur.

Adnotatio. Quod virium robur in tribus membris cognoscitur, hepate, corde, & cerebro: in hepate per excrementa cognoscitur, urinas, sc. alvi fæces, sputa: in cerebro ex motu, sensu, sternutatione: in corde, pulsu, respiratione, constantia: quæ omnia sunt illarum partium opera: adde ætatem, anni tempus, temperamentum, per quæ omnia, vel robur, vel virium imbecillitas cognoscitur.

Adnotatio. Quod ista omnia accidentia tripliciter contingere possunt: aut criticè in perturbatione scilicet precedente judicium; aut per abscessum in pessimis morbis, unde partes mutilantur (sed in utroque casu adeo robur virium) aut sequitur extremam officitatem, & spirituum consumptionem, quo hic intelligit; & accident viribus jam valde debilitatis: sed convulsio non ita debilitatorum extremè est symptomata; mitem tamen indicat virium debilitatem sensus imbecillitas. Nota tamen, quod in morbis aliquando accident isti, qui non sunt acuti, ac non perinde mortem propinquam indicant, quia fieri possunt ob materiæ defluxum, & per convolutionem expletitudine.

Adnotatio. Quod propinquam mortem intelligere debemus spacio 24. horarum futuram, paulò plus, aut minus: accident autem talia signa communiter illis, qui moriuntur in febre acuta, & cum ariditate cutis, tales enim convulsi moriuntur: contraria, quibus dura, & rara cutis, eos cum sudore deficere dixit: fere tamen non videntur, aut non audiunt moriuntur.

APHORISMUS L. Ubi in febre non intermittente, &c.

Connexio. **C**UM de supervenientibus signis lethalibus in febre continua hactenus sermo. noster instituisset; nunc eandem prosequens materiam, duo signa valde celebriter accipit in eandem intentionem.

Intent. Ubi in febre continua difficultas spirandi, & delirium acciderit, mortale.

Ratio. Ut ostendat per ista duo signa posse Me licum mortem predicere, quippe rursum signa sunt, & graviora, & notatus dignissima, ac proinde contrarium non parvam habere vim ad salutem.

Omnis

Onus continua febris ex se periculosa est: ergo cum difficultate spirandi, & *Dem. ad.* delirio mortalis erit.

Antec. prob. quia febris omnis continua acuta ferè est, unde periculosa. **C**onf. de lucitur, quoniam si morbo ex se periculo pessimi adveniant signa, malitum addunt, & lethalem faciunt morbum, pessima autem signa duo ascripta; quippe quæ phrenitidem ferè faciant.

Quod ista luto, difficultas spirandi, & delirium, vel statim à principio adveniat, vel postea apparent: rursus, si postea apparent, vel durant, aut non durant: si à principio aveniant, & durent, phrenitidem significant, quæ lethalis morbus est, sed si postea appareant, & non durent, possent criticè apparere, & si indicant raptum materiæ ad caput: quod si durent iam lethalia sunt, & magis quam à principio, quia vires debiliores sunt. Hec enim dico signa, vel phrenitidem ostendunt pendente ex cerebri inflammatione, si respiratio fuerit rara, & magna; aut secuti transversi, si inæqualis, & crebra; aut dolorem, aut inflammationem partium pectoris.

Quod multæ sunt differentiae lœsæ respirationis: alia enim dicitur ablata, alia *2. ad.* immunita, alia depravata: ablata respiratione in homine vivente esse non potest, quia quum luto vivit, respirare est necesse, quamvis in hysteris, & apoplectis quibusdam aliquando ad sensum appareat ablata. Quare de illa Hipp. mentionem non facit, sed de immunita, vel depravata, cuius insigniores differentias Hipp. Lib. Epid. enumeravit; aut enim est parva, & densa, vel magna, & rara; vel parva, & rara: vel magna, & densa. Rursus, vel est intus parva, extra magna, vel subdupla, aut calida, vel frigida. Magna respiratione, vel talis est, qui cum multis aer attrahitur, vel quia multum elevatur thorax, & scapulae: quæ vero talis non est, sed appetet magna, est pessimum respirationis genus, quod ex virtutis imbecillitate contingit, quæcum delirio jungitur, & durat; quia non criticè, sed symptomaticè, & ex vi magni morbi provenire solet.

APHORISMUS LI. *In febribus abscessus, &c.*

SEQUITUR Hipp. sicuti in antecedentibus, prognosticon in acutis: & *Contem-* accipit tempus eventus, longum, aut breve, cum de eventu ipso morbi in *xii.* antecedentibus egisset.

Abscessus in febribus, qui primis iudicationibus non solvuntur, longitudinem *Intens.* morbi indicant.

Ut ostendat morbos, qui in primis diebus iudicatoriis non solvuntur, esse longos, *Ratio-* ac orio Medicum ex eo signo prædicere posse affectionis diurnitatem. *intent.*

Abscessus qui primis iudicationibus non solvunt febres, sunt acriticæ: ergo lon- *Dom. stræt.* gitudinem morbi indicant.

Antec. prob. quia si vel ex toto, vel magna ex parte non solvunt febrem, e mul- *1. ad.* titate lineæ oriri solent, quam falcis ferre ne juit: ergo loagus erit morbus.

Quod abscessus apud Hipp. significat quemcumque naturæ motum, seu per effluxionem sicut aliquius humoris, seu per decuoritatem etiam aliquam corporis partem: de quo utroq; modo vera est Hipp. sententia. Est tamen abscessus quidam criticus, quidam symptomaticus, quidam nullo modo se habens: primo modo solet febrem tollere, vel in totum, vel magna ex parte; at secundo, ac tertio modo, morbi longitudinem ostendit, at pure symptomaticus, non solum longitudinem, sed mortem indicat, si morbus validus sit, & vires non roviste.

Quod verbum illud, solvuntur, multis modis exponitur, quibusdam activè, *2. ad.* sicuti

sicuti qui abscessus nostra solvant primis iudicationibus febrem, longitudinem indicent, quomodo verisimile est intelligere Hippo. Aliis verbum pallivè legitur, ut si non solvantur abscessus: quod durliciter contingit, aut de abscessu, qui febrem praecedit, aut comitatur, qui morbas est, ut phrenitis, pleuritis, si non solvantur primis iudicationibus sint longæ: aut de abscessu, qui sequitur febrem, ut de tumore pedum, aut de parotide: si primo modo, etiam vera est sententia: it secum loquendo, non item, quia etiam si perindeat abscessus, febris tolli in toto non potest.

3 Adn. Quoddam primæ iudicationes in continua febribus sunt per quaternarios usque ad 20. Cum enim acutissimas fuerit morbus, usq; ad 7 cum excedet acutus, usq; ad 14. aut tardius ad 20. quibus in diebus si abscessus morbos non solvunt, significatur non posse naturam brevi morbi solvere. Non dixit autem mortem significare, cuius cum morbus sine iudicio transit diem, quo maximè expectabatur, signum est virtutem posse sufficere, & posse vincere morbum, si maximum ejus impetum toleravit: at Aph. sententia sit, si febres non iudicantur juxta illius naturam, breves brevi tempore; brevissime brevissimo, locutus morbi significatur, atque ita melius est expondere Aph. & est magis secundum rei veritatem: nam abscessus si per decubatum intelligas, ut omnes ferè volunt, non sinit in primis iudicationibus, nisi raro, quinum ipsa morbi longitudo abscessus hujusmodi signum ponitur: unde, quibus febres longæ, his ad articulos abscessus fieri dicitur.

APHORISMUS LII. Quibus infibribus, &c.

Connex. **M**ANIFESTAM habet Aph. cum superioribus connexionem; est enim ad eventum morbi prædicendum in febribus continuis, sicuti & illi, & subsequentes plurimi.

Intent. Datus habet conclusiones Aph. prima ponit lachrymam voluntariam in febribus, **Divisio.** & aliis morbis bonam: secunda vero malam præscribit, cum involuntaria est, quare juxta duas has conclusiones, in duas partes partiri potest Aph.

Rati- Ut ex accidenti notissimo ad prognosticum indicium sumat: lachrymæ enim te-
intuit. rebii, & oculorum nobilitissimarum partium, immo & cordis affectiones indicant.

Demis- Lachryma voluntaria secundum naturam est: ergo bona, aut saepe mala.
strato. Antecepit manifestum, sicuti & consequens; indicatur enim sapere hominem, si ob causam fiet.

Demis- Secunda conclusio à contrario probatur: nam involuntaria lachryma insueta ho-
strat. 2 mini est, ideo mala in febribus continuis, & acutis morbis; quicquid enim nature modum excusat, malum est.

3 Adn. Quidam lachryma excrementum est propter oculorum, seorsum, correspondens sudori: glandulae enim tunc ad oculos, quæ plenæ sunt humore; & cerebrum hominis humidissimum est, quæ ratione solvi homo inter cætera animalia flet, & quia magis sentit malum: unde corde suum cerebro afectionem communicante lachrymantur homines, seu ex mestitia, seu nimio risu: lachrymant etiam quando oculi per morbos peculiares dolorum, quoque expurgentur, ut in ophthalmita, seu lippitude: lachrymantur, & oculum, pulverem, aliamque causam evidentem.

3 Adn. Quoddam lachryma involuntaria, juxta nullam habet evidenter causam, vel criticam, vel syntonatricem avenire potest in acutis morbis; critica enim apparere solet, cum cætera signa bona astant, & sanguinis è niro iudicant erusionem; sive tonatrica vel oculi sunt, vel oculi motionem cerebri, aut virtatis retentricis imbecillitatè; primo modo phrenitides ostendere solent; secundum modo linguorem virium ostendunt, quare istæ lachrymæ cum aliis signis malis lethales esse solent.

APHO-

APHORISMUS LIII. Quibus febribus, &c.

CUM in precedentibus multa, ad prognostica in febribus scripsisset; nunc ^{Connec-}
ad morbi magnitudinem diagnosticandi producit sententiam. ^{ad.}

Vehementior est febris his, cuibus circa dentes lento quidam obviascitur. ^{sent.}

Ut signum sumens à parte notissima, nempe ore, febris magnitudinem ostendat; ^{Ratio}
unde etiam majoris febris vigor, & status illius dignoscatur. ^{intend.}

Lento circa dentes magni caloris est sobs: ergo magna febris. Conseq manifestè sequitur. Antec. decl. Nam calor lento causa est, relo' venis ter ueni partem, & relinquens crassorem, unde etiam colligitur talem in humoribus circa venas affectionem fieri, qualis in eo cui in ore lentescit. ^{Demōstrat.}

Quod ex lento circa dentes non solum vehementia febribus dignoscitur, sed ejus quoq; longitudine; quia non potest fieri lento ille, nisi materia, & vapor erroris ^{est} ^{Adm.} particeps & ideo pituita. Hobet autem lento circa dentes duas causas, calorem validum, & vapores, qui aut à partibus inferioribus ad os elevantur, aut ex capite descendant, & cum saliva mixti lentescunt. Sed cur magis circa dentes dixit, quam circa linguam, & alias oris partes? An quia dentes densiores sunt, quare humor illis facilè adhæret, & lapidescunt? item quia dentes forulos habent, & cavitates, quibus adhæret humor; in reliquis vero partibus oris, motu linguae dissipatur; adde dentes esse extremas partes, idèo in eis, & in labiis magis lento ^{em} manifestari, nam extrema resistunt magis, quam media, unde circa labia u'cera apparent in febribus, & circa manus & pedes in hepaticis, & circa nares brunitus, vaporibus elasticis à lumbricis; & circa glandem virgines, licet in vesica morbi sint.

Quod ex ore, & ejus partibus magna sumuntur in febribus indicia; lingua erit ^{z Adm.} & peccantem humorem ostendit, & multa alia præbet signa, vel resiccata, ve humiliata, a' iorū modo affecta; dentes exsiccati, aut nigrescentes: gingiva item ita affectu mala signa sunt; labia in febribus jam cessantibus exulcerari solent, fauces considerandas esse monuit Lib. 3. Progn. & horrendas esse dixit, si ulcerata fuerint cum signis malis in acutis febribus: sitis quoq; in ore appetet, aut ejus carentia. Caterum lento ille, qui circa dentes, & os colligitur, abstergi debet semper, quia facit sitim, & insuavitatem. Nota eos, cuibus lento circa dentes innascitur, cogi aperto ore hinc ob magnitudinem febris, unde etiam adjuvatur lento ille: frigidas enim aeris condensans in causa etiam lento esse solet.

APHORISMUS LIV. Quibus siccæ tussis, &c.

CUM de febrium vehementia egisset in antecedenti: nunc causam, seu ardentem febrem proponit, qua omnium ardenter est, & notissimi accidentis illius, nempe sitis mentionem facit notatu dignissimum. ^{Connec-} ^{z.}

Quibus in febribus ardenter siccæ tussis paulum irritantes perseverant, non ^{Inten-} admodum sicculescent esse. ^{sis.}

Ut causam doceat, cur aliquando in febre ardente sitis non corresponeat ardori; cùm alias signum sit pathognomonicum illius febris, sitis vigens, & valida. ^{Parte} ^{inten-}

Siccæ tussis in ardenter febribus humectant os, gutturi, & fauces: enim in multis sicculescent. Antec. decl. quia siccæ illa tussis humiditatem exoritur ab adjacentibus partibus, quæ paulatim irrigat oris partes. Conseq sequitur, cuius sitis, vel oritur ex pulmone, vel à ventriculo, & augetur in ore; at istis partibus per illam tussim humectatis sitis minuitur, quia ex sicco sitis, & intenditur. ^{z. Lemoj.}

Quod

Adn. Quod sitis, & linguæ scabrities signa sunt ardoris febris perpetua. Cum itaq; sitis non adest in tali febre, vel necesse est, corruptam esse facultatem sentientem; vel memorem esse læsan; aut febris ardens notha est, non exquisita; aut deniq; tussis hæc in causa est, non quod absolute non sitiant, sed quod non pro ratione febris sitiunt Hipp. itaq; tussim siccam proponit, ut distinguamus à reliquis causis, & minus malam putemus, cum sitis ab ea extinguitur, quia causam habet benignorem.

Adn. Quod tussis, quædam est sicca, per quam nil aut parum admodum excernitur; quædam humida, quæ aliquid expellit: at sicca tussis, aut est maligna, vel benigna, maligna est, quoties ex mala destillatione salæ pituitæ, aut bilis acris provenit, ut in tabidis; seu ex pulmonum, aut thoracis vitiis cum inflammatione; & de hac non loquitur Hipp. qui ipse sepius explicat. **Epid.** docens istam tussim, quæ sitim levat, non debere esse ferinam, quia talis auger potius illam: at de benigna loquitur tussi, quæ sequitur frigiditatem partium thoracis, aut humoris aquæ defluxum à capite: ideo tales reperiri scripsit loc. cit. in laffitudinosis febribus, quæ ortum habuerunt ex labore per frigora, aut humida loca, seu etiam calores; sed nudato pectori, & capite, unde postea ex aeris inspiratione, & cum loquuntur, excitatur tussicula illa: tales enim febres junctæ sunt levi cuidam defillationi, quæ ad os, & venas permeant ventriculi, & pulmonis, ac linguae, aut sitim extinguit, aut minuit, ut non pro ratione febris sitiant. Cùm verò sicca tussis sitim tollere possit, multò magis solet humida: sed hæc in ardoribus febribus raro conspicitur, quæ non pendent ex abscessu thoracis ob ardorem. **Has febres** scripsit Hipp. abscessum facere ad articulos, juxta illud. *Quibus post febres loffitudo est, his ad articulos, aut juxtam maxillas potissimum abscessus sunt.* Addit ipsi difficultatem, & venarum tumorem ad tempora, atque colorem fulcum cum tussi abscessum indicare ad infernas partes.

APHORISMUS LV. Ex Bubone febres, &c.

Connexio. **C**UM supra de abscessibus, qui in febribus sunt, multa dixisset, nunc de bubone agit, qui abscessus quidam est.

Intent. Ex bubone, febres omnes malæ, præter diarias.

Ratio intent. Ut distinguat glandium tumores malignos ab his, qui benefici sunt:

Demotra. Decretoria non judicantia mala: ergo ex bubone mala est febris, quæ ephemera non est.

Prat. Antec. ut manifestum accipitur: nam vel mortes, vel recidivas, aut dolores, aut morbi longitudinem significat. Conseq. prob. siquidem bubones, qui febres faciunt putridas, omnes sunt maligni; nec judicatorio modo eveniunt.

Adn. Quod I bubo, si propriè accipiatur, tumor est, qui ad inguina fit; communiter autem acceptus fit ad omnes glandulas in emunctoriis: sic sub brachiis, & ad collum fieri solent: & hic accipit in universum omnem tumorem, qui ad partes glandulosas dictas advenit. Cùm verò natura per eos tumores soleat expurgare corpus, hinc fit, ut si sint critici, vel nullam efficiant febrem, aut solum ephemera; quia signum est non esse malignos, neq; intra corpus habere germina: at cum febris putrida est, signum est, vel malignum esse bubonem, ac profundum, vel malum communicari ad partes internas, unde scripsit Hipp. malignos esse, quia germina sunt viscerum, idest, quia malum indicant in visceribus, quorum sunt germina, quæ non circa viscera sunt, ut qui ad ventrem, peccimi solent esse.

Adn. Quod I bubo aut febrem antecedit, aut sequitur illam, aut cum ea incipit; quovis modo fiat, si febris putrida est, mali sunt. Optimè autem ex febre judicium sumit ad

IN IV. APHORIS. COMMENTARIA. 189
mit ad bubonem distingendum: cum enim ephemera servat naturam, benignus est tumor; verum cum putridæ jungitur, jam malignus est: est autem malignus, aut quia profundus, aut quia ostendit malum esse adhuc in visceribus. Putrida autem febris acceditur in bubone, quia vapor, seu ex bubone, seu ex venis, cordi communicatur putridus; sed cum calor solus, tum ephemera fit. Cæterum Hipp. 3. epid. hanc sententiam universaliorē produxit in hunc modum scribens: *Ex bubonibus* Sect. 3. *febres omnes mala, exceptis ephembris; & qui in febribus bubones nequiores, in acutis ab initio decrescentes:* Per quæ docet, qui sunt non solum mali bubones, sed qui pessimi, illi scilicet qui cum acuta febre juncti sunt, & à principio fiunt, & decrescent febre crescente; tales sane in peste apparere solent, qui magis ex carbunculo originem habent; & qui ad inguina apparent, non ita pravi sunt, sicuti qui ad axillas: conductus autem tales tumores statim incidere, ferro etiam ignito adurere, antequam maturescant; quia ea est illorum natura, ut prius hominem interimant, quam concoqui possunt.

APHORISMUS LVI. *Febricitantibus sudor, &c.*

CUM Aph. 42. ex multo sudore morbum colligeret, & compararet calidum *Connexum* ad frigidum; nunc ex copioso sudore absolute colligit morbi longitudinem. *xii.*

Febricitanti sudor superveniens sine amotione febris, malum.

Invent.

Ut demonstret sudorum naturam potissimum æstimandos esse per juvamentum, *Ratio* aut documentum, qui enim febrem vel tollunt, vel magna ex parte levant, boni, *merit.* qui vero haec non faciunt: mali judicandi, seu semper fluant, quod Aph. 42. dictum est: seu per intervalla, & pro rata die, aut hora veniunt.

In duas virtutes praesens sententia dividit potest; ut prima conclusionem intentam *Divisio* continet; secundam vero causam illius.

Sudor superveniens sine febris amotione, longitudinem morbi indicat: ergo *Demonstratio* malus.

Antecl. deel. quia multam significat humiditatem: at multa humiditas non potest a natura facile superari, sed longo tempore. Conseque manifestum est.

Quod sudor sicuti & alia signa decretoria, que morbum non judicant, longitudinem morbi, aut mortem significant: sed Hipp. potius longitudinem fixit, quia supponit non ratiocinata signa lethali; ratione etiam dicit sudor, abscessus, qui primis iudicationibus febrem non tollunt, indicare morbi longitudinem. Cum vero sudor ille concocta materia ex seipso nequeat, sic enim tollere febrem; neque sit naturalis, ut consueta vacuatio, sicut accidit in urina, & fecibus: immo per irritationem fiat; sequitur, ut gravata natura fiat ex multititudine serosa materie. Intelligit autem sudorem, qui febri supervenit, quamvis, & qui cum febre incipit, eadem ratione longitudinem morbi significet. Et loquitur præcipue de calido sudore. Nam sicuti frigidus cum aucta febre mortem, cum mitiori longitudinem significat; ita sudor calidus cum acuta, aut continua febre, si cætera non male habeant, longitudinem indicat.

Quod talis sudor non solum malus est in ratione signi, indicans multitudinem *2. Adm.* materie, & gravatam naturam; sed etiam ratione cause, quia debilitas ægrum; vapor enim exhalat, qui vel febris materia non est, vel noua cocta, unde corpus debilitatur.

APHORISMUS LVII. *Spasmo, aut tetano, &c.*

Conne- **C**UM de febribus ephemeras mentionem fecisset in antecedenti; nunc de febre, agit, quæ convulsionibus supervenit: nam cum morbum eum solvit, ephemera vim habet.

Intent. Spasmo, aut tetano, febris si accesserit, morbum solvit.

Ratio Ut doceat morbam alterum alterius solvendi vim habere, quod Medicus aliquan-
tent. do morbum in lucere ad alterius solutionem posit; quare & ad prognosticon, & curationem utilis est sententia.

Demoj. Febris spasmo, aut tetano adveniens, causam morbi tollit; igitur morbum solvet. Ante, prob. quia febris, quæ succedit convulsioni, contraria illi est: & per contrariam morbus tollitur. Nam cum spasmus, vel tetanus febrem antecedat, signum est à repletione fieri, & maxime cum nulla præcessit vacuatio manifesta: quæ repletio ex crasso humore, & frigido, seu vapore ejusdem generis fieri solet: & febris adveniens dupliciter confert, & ut signum indicans naturæ robur, morbum contrarium excitantis: & ut causa quia crassum illum humorem, seu vaporem coquit, & dissolvit, quare scripsit melius esse febrem supervenire convulsioni, quam è contra.

2. Adm. Quod per spasmus convulsionem indicat eam, quæ cum manifesto motu fit, aut membra torsione; per tetanon autem eam intelligit, quæ non habet manifestum motum, neque membrorum contorsionem, quam distensionem appell. Cels. Febris vero quæ supervenit, aut magna est, aut parva, aut mediocris: non de magna, quæ vires dissolvit, neque de parva, quæ superare morbum nequit: at de mediocri intelligit, qualis ephemera est: aut quartana. Quod vero de convolutione dixit, de cæteris frigidis morbis intelligendum est, ut apoplexia, paralysi, epilepsia, ac resolutione.

3. Adm. Quod morbus frequenter morbum tollit. Nam regius morbus febrem adimit, paralysiam apoplexiæ. An vero licet Medico febrem inducere, negant aliqui, quod timeant, ne accendatur acuta, & maligna febris, ob corporis impuritatem, & repletionem; at non inconvenit in extremis morbis extrema tentare remedia, & ubi virium robur adeit: ita Hipp. per infusionem aquæ frigidæ plurimam in juventine Evarco, media aestate, febrem inducere tentat in tetano.

4. Adm. Quod calor in nobis vel agit in ratione innati, ac temperati, qua ratione magnam vim habet coquendi, & assimilandi, aut in ratione caloris, ut febrilis est, qui magnam viam habet attenuandi, & incidendi, ac propterea minus coquendi, & transmutandi, hinc fit, ut non possit calidum temperatum superare causam convolutionis, quæ admodum frigida est, & impacta nervis, nisi extraneus accedat, qui sua calefaciendi vi attenuet, & dissolvat morbi causam.

APHORISMUS LVIII. *Si febre ardenti laboranti, &c.*

Conne- **C**UM in antecedente de febre superveniente convulsioni egisset, quæ ad ca-
cti. lorem pertinet; nunc de rigore febri antecedente agit, qui febri est oppositus; & cuti febris morbum solvit in superiori, ita hic rigor.

Intent. Febre ardente laboranti, si rigor superveniat, solvitur morbus.

Ratio Ut doceat, rigorem non esse eo calu timendum, quinimò ex eo futuram sa-
tent. litem sperandam esse.

Demis- Rigor adveniens ardenti febri, morbi causam evictam: etiam per sudorem e-
ratio. vacuandam

accuandam indicat: ergo solvetur morbus.

Antec. decl. quia rigor ille exoritur ex vaporibus, qui ad sensibiles partes à natura transmittuntur, cum jam cocta est materia, qui pungentes musculos sumam concussionem inducunt; indè verò roborato cōjore in sudorem resolvuntur vapores, alia vē sequitur excretio. Conseq. manifestè seq.

Quod dixit, in febre ardente, quia hæc facillimè per sudorem judicari potest ^{1. Ad 2.} magis, quam reliquæ febres, & quia febres intermitentes non solvuntur necessario rigore superveniente; supponit autem non adesse mala signa, sed robur virium, & præcessisse coctionem, ac diem criticum; nam rigores, qui 6. die adveniunt, difficultem habere iudicationem scripsit. Quamvis autem talis rigor sudoris sit præcipue indicium; est tamen etiam vomitus iudicativus, & alvi fluxus. At dices: si rigor non semper solvit ardentem febrem, nisi cum prædictis conditionibus, cur dixit absolutè solvere illam? Dic, quia plerumque solvit; nam rigor in tali febre semper criticus est, & crises plerumque sunt ad bonum. 2. Aph. 13.

Quod febris ardens alia est exquisita, quæ ex pura bile exoritur in magnis vasibus putrescentes, cum perpetua siti, lingua scabritie, pulsu celerrimo, ardore extimo, alia est notha, quæ ex sanguine, vel salsa pituita ortum dicit: de omni ardenti vera est sententia, licet magis de exquisita. Caret autem talis febris rigoribus; & accessione, nisi cum maligna est, aut ex causa procatarractica, aut ex ute-
ro originem duxit, indè incipit cum rigore: Aut illum aliquando habet inordinatum, unde videoas plurimos ardentis febri correptos in Epid. in quibus febrem à rigore incepisse notavit Hipp. Solvit autem febris ardens exquisita non modo sudoribus, sed alvi fluxu, vomitu, urina, haemorrhagia. Cæterum sicuti natura inducens rigorem solvit ardentem febrem, ita Medicus, quasi ad illius imitationem, gelidæ aquæ potum in ardentis febre concedit, quasi rigorem inducens, ad cuem, vel vomitus, vel sudor, vel alvi fluxus connoveri solet: non tamen ea refrigeratio per extremam sanguinis evacuationem in exquisito catulone fieri debet, ut aliquando innuit Gal. quia illa potius cum maximo nocturno aegritudinibus, & bilis irritatione, quam cuin aliquo notabili juvamento.

APHORISMUS LIX. Exquisita tertiana, &c.

CUM de continua febre biliosa in antecedenti egisset; nunc de intermitente ^{Connexa} agit, quæ tertiana dicitur, & exquisita, & sicuti præcedens, ita hæc sen- ^{xiv.} tentia in prognosticum scribitur.

Tertiana exquisita septenis circuitibus ad summum terminatur.

Ut doceat, & eventum salutarem, ac tempus illius in tertiana febre, ac proin. ^{Intent.} Ratio de dies in intermittentibus secundum accessiones esse numerandos. ^{intens.}

Tertiana exquisita levis morbus est, & causam habet facile alterabilem: ergo ^{Demonstrat.} intra septem circuitus terminabitur ad summum.

Antec. prob. si quidem levia habet symptomata, & intermitit exactè talis febris: causam verò habet bilem exquisitam, quæ facilè in sudorem abit, aut per vomitum, vel alvum excernitur. Conseq. prob. quia item est terminus magnorum morborum, & levium, ubi causa eadem est: at dies 14. terminus est continuæ biliosæ, & ideo 7. circuitus intermittentis biliosæ.

Quod quælibet febris (seu tertiana sit, seu quotidiana, seu quartana) velex ^{1. Ad 2.} exquisita dicitur & pura, vel impura, & notha. Exquisita dicitur febris, quando humor, qui illius causi est, est sincerus, nec alteri miscetur, & ideo sua propria servat symptomata. Impura verò, & notha, cum miscetur alteri. Exquisita itaq;
tertiana

tertiana cum rigore invadit statim valido, & calor acris est, sitis quoq; ingens; accessio 12. horas non transcendent, desinit ad exquisitam infibricitationem cum sudore, vel alvi fluxu, mala non habet symptomata. At notha tertiana cum ex bile, & pituita conmixta constet, longam facit accessionem, & potius cum horrore incipit, nec exacte intermitit, & deniq; signa utriusq; humoris habet. Quod itaq; in tertiana dicitur, in quotidiana, & quartana, eadem ratione intelligendum venit.

*demor- Cæterum Hipp. de exquisita loquitur, quia notha tertiana ad longum tempus se ex-
bis. tendit: est igitur salutaris tertiana, & non lethalis, & brevis, quia ultimus tertianæ terminus est septima accessio, nisi quid superveniat: ideo in senibus ob virium imbecillitatem in alias transit febres, & cum periculo esse solet aliquando.*

2. Adn. Quod ex hoc Aph habes, dies in febribus intermittentibus non esse numerandos, sicuti in continuis, sed secundum accessiones. At dices: septima accessio incidit in 13. diem: ergo non erit judicatorius 14. Dic quod licet accessio sit 13 die tamen exacta terminatio est in 14. & dies illa 7. accessionis diei 14. assumit etiam partem. Nō posuit autem Hipp. terminum in quotidiana, & quartana, quia non habent eum certum, sicuti tertiana: constituitur tamen terminus ad proportionem, sic ut tertianæ accessio longissima sit 12. horarum, & terminus longissimus accessio 7. quotidianæ accessio horarum 18. terminus 60. quartanæ horarum 24. terminus 170. Cæterum sicuti exquisita tertiana, brevior est notha; ita quartanæ, & quotidianæ nothæ breviores sunt exquisitis, & præcipue cum bili admiscetur melancholia.

APHORISMUS LX. *Quibus per febres aures, &c.*

*Conne- CUM 28. hujus manifestam habet connexionem; nam in illo agit de trans-
xi. mutatione humoris ad partes superiores, seu inferiores per surditatem; hic
verò de solutione agit ipsius surditatis, quæ in febribus frequenter accedit.*

Intent. Quibus per febres aures obsurduerunt, his sanguis ex auribus effluens, aut perturbata alvus, morbum solvit.

*Ratio intent. Quò Medicus eas vias, præcipue surditatem solvere cognoscat, ac perinde imi-
tando naturam, prædictas evacuationes commoveat.*

*Demō- Sanguinis effusio per nares, aut alvi fluxus, in febribus causam surditatis tol-
fstrati. lunt: ergo ipsam surditatem.*

Antec. prob. nam surditas in febribus, aut est critica, aut symptomatica: utroque modo fit, bile, aut sanguine ad caput elatis; igitur hemorrhagia sanguis peccans, alvi fluxu bilis educitur, quæ causa sunt surditatis, illic derivatione, hic verò revulsione.

1. Adn. Quod surditas critica, vel indicat sanguinis missionem è naribus, vel parotidas; symptomatica verò insaniam futuram demonstrat, Solvitur autem surditas, cum per evacuationem tollitur, potissimum per has duas vias, quas enumerat Hipp. sed per abscessum quoq; finiri solet maximè ad infernas partes, - ad coxas scil. aut crura. Loquitur autem Hipp. non de surditate confirmata, & quæ frigidam causam habet; sed de illa, quæ fit in febribus ex raptu humorum tenuij ad caput.

APHORISMUS LXI. *Febricitantem nisi diebus, &c.*

*Conne- CUM supra docuisset Hipp. rigores 6. diei judicationem habere difficilem mo-
xi. dò in universum de diebus agit, quò ad paritatem, & imparitatem.*

Intent. Febris, nisi diebus imparibus reliquerit, solet reverti.

Ratio intent. Ut Medicus cognoscat magnam vim dierum imparium, & proinde ad perfectam judicationem ex illis signum sumendum esse.

Demōs. Conclusio, ut experientia satis comprobata ab Hipp. supponitur; potest tamen hunc in modum probari.

Motus parium dierum non est in natura institutus: ergo si in illis morbus finiat, solet reverti. Antec. prob. quia mutua in die impar expellit, ac trahit in pari; habent etiam dies impares virtutem suam à eo, pares vero à morbo. Conf. de duce. quia cum motus ille sit naturæ. Etæ, ut plurimum non potest exactè facere morbum, sed reliquæ remanent, qæ, ut 2. Lib. scriptit, post crism recidivas facere consueverunt.

Quod è diebus qui sunt verè pari, quidam verè impares, quidam verò mediis inter hos; Pares dies absolute sunt; secundus 6. 8. 10. 18. 22. Impares autem verè tales sunt; tertius 5. 7. 9. 11. 17. 21. Dies verè medi, qui sunt utriusque naturæ, & dicuntur 4. 14. 20. 40. 60. 80. 120. quæ dies, si numerantur quantitate in aterio, verè pares sunt; at ratione septimanæ, impares dicuntur; quale fit, ut Hipp. hic pares intelligat solum absolute, non hos, qui sub imparibus continenter.

Quod dies critici, quidam sunt absolute tales, & sunt omnes impares, seu vera tales sint, seu ratione septimanarum; quidam verò secundum quid, actiles sunt verè pares: quia in quibusdam morbis accessiones per dies pares sunt, & ideo in illis crises contingunt, ut 1. Egid. scriptit H. p. Attamen quia scilicet tales morbi difficultis sunt iudicii, ideo scriptit; recidivas fieri in diebus pariis, quod si in perfecta iudicatio in die pari contingat: aliquando timen contingit, ut in Lutissa Virginis accidit, quæ 6. die largiter per naras sanguinenem emisit, cum visus tibi buendum sit mensibus, qui postea largiter effluxerint. Non igitur hic de sola biliose febre loquitur, neq; de morbis acutis, qui itra 14. dies judicantur, at de omnibus absolute acutis, ex quacunq; causa sunt. At dices; morbi cui per pares dies accessionem habent, si incideret crisis, in impari die, recidivarent: ergo dies par, non minus quam impar, est iudicatorius. Scilicet, dies impares bene judicare, & plurimum, raro male: controvèrso accidit in imparibus.

Quod morbi omnes acuti per impares dies moventur, & per illos habent impetus: sed accessiones dicuntur pares, cum ob magnitudinem, aut morbi malignitatem anticipat accessio, aut durat magis, quam decet, ut apprehendat de die ante cœlenti, vel subsecuenti 3. diem. Ceterum Valeſ. hic per dies impares intellectus iudicatorios, ut sit sermo, nisi in diebus iudicatoriis ebris reliquerit, solet reverti: sed pares sunt iudicatorii, ideo comprehendentes, nisi per iudicatorios intelligas & verè impares, & qui ratione septimanæ tales sunt. Hipp. 3. Prog. hunc cretoriis recesserunt, solent reverti.

APHORISMU LXII. Quibus super febres morbus regius, &c.

CUM in antecedenti sententia de diebus criticis egisset, nunc peculiarem ab. Contra scessum, qui per morbum regium fit, ad eosdem dies comparat. xio.

Malum est morbum regium supervenire ante septimam diem.

Ut ostendat, non solum abscessum, qui à regio morbo accidit, malum ante 7. Ratiō sed omnem alium abscessum ante illum diem fientem: ac proinde ut doceat 7. diem intent.

Abcessus, qui non iudicant, sunt mali: ergo morbus regius ante diem 7. maius. Antec. est manif. Conseq. prob. quia regius morbus abscessus quidam est, & cum ante 7. fiat, vel sit symptomaticè ratione morbi, ac tunc malus est, vel sit ratione crisis, & tunc etiam est malus; quia cum coctio ante 7. appareat non possit, & præcipue ex morbo per abscessum iudicando, qui ex tenaci materia constat, non potest crisis illa esse perfecta; & quamvis ratione cause aliquando possit, nunquam tam ratione sigui;

Quod morbus regius duplex est: flavus, qui ab hepate: niger, qui a liene exortitur. Hipp. itaq; de primo intelligit, quia niger raro ex acutis accidere solet. Russus, vel est malus ratione signi, vel ratione causæ: ratione signi semper malus est regius morbus: ratione causa non semper: Ieo Averrois instantia non est contra Hipp. qui semper ratione signi intelligit malum. Valeſ. intelligit per 7. diem decretorios dies, ac ſi dicat: morbus regius, qui die judicatorio non fit, malus: numeravit autem diem 7 qui princeps eſtomniū dierum. Ceterum aliquando ante 7. bonum eſſe regium morbum, dixt Hipp. si rigor præceſterit, quia ex eo robur naturæ significatur.

2. Adn. Quod licet ſupra dixerit sudor eſt bonus & ſ. non ſibi contradicit, quia sudor crifim facit per evacuationem, morbus regius per abſceſsum. Quare non potest ante 7. diem eſſe bonus, & licet ante 7. a morbo aliquando liberet, timor tamen eſt, ne ſuccedat hydrops. Ceterum Lib. de judic. morbum regium cum ſingulto, 5. die advenientem lethalem dixit, tunc enim jecoris ſequitur inflammatiōnem validā.

APHORISMUS LXII. Quibus in febribus certo die, &c.

Contra- **DIXE R A T** ſuperius Hipp. rigorēm febrem ardentem ſolvere, quæ conti-

xio. tua eſt; nunc eundem rigorēm ſolvere intermittentem docet.

Intent. Quibus in febribus certo diē rigores repetunt eodem febris ſolvitur.

Ratio Ut Medicus ex rigorē ſolutionem febris, & infebricitationem prædicere poſſit intent. nam ſicuti in continua febre rigor totum morbum ſolvit, ita in intermittentē partem morbi.

Deny. Rigor indicat materiam febris à natura pelli extra venas, & illam eſſe tenuem: ergo quo die repetit rigor, ſolvetur febris. Antec. decl. quia rigor fit, transmiſſibile à venis, ſeu foco putredinis ad partes ſenſiles. **Conf. prob.** ſiquidem vel ſudore, vel alia vacuatione aut per alvum materia illa educatur.

2. Adn. Quod rigor, quantum in ſe eſt, indicat febris ſolutionem, ſeu illa ſit continua, ſeu ſit intermittentis. Verum ſi quando ad rigorēm febris non ſolvitur, id ob virtutis imbecillitatem, aut morbi malignitatem contingit. Cum verò febris ſit vel continua, vel intermittentis: & ſi continua, vel cum accessionibus, vel ſine illis; iterum rigor, vel fit ordinatis, vel ſine ordine, dico, quod intelligit de febribus omnibus, ſed potiſſimum de illis, in quibus rigor repetit ordinatus, quia rigor inordinatus non ſolvit necessariè febrem; ideò multi, ut in Epid. patet, febricitare ceperunt cum rigorē, & rufus rigor apprehendit ſine ſolutione, quia talis rigor inordinatus eſt, ſed cum repetit ordinatè, ut tertianis, & quartanis, ſolvitur febris.

3. Adn. Quod ſolvi febrem in die rigoris duplīciter intelligitur, vel quod tota febris ſolvatur, & hoc non eſt necesse, cum ſolum febris illa ſolvetur, quæ cum rigorē apprehendit: vel quod febres rigoriferæ non ſolvantur in totum, niſi qua die rigores ſunt, hoc eſt accessiones, quia plerumque cum rigorē, aut horrore, aut frigore incipiunt, & hoc pacto etiam vera eſt ſententia. Quidam igitur rigoris nomine, etiam frigus intelligent ac horrorem: alii ſolum verum rigorē, & hi melius, quia febres ſemiterianæ, & nothæ extenſæ, & quotidiane cum non habeant verum rigorē, non ſolvuntur in die rigoris. Ceterum ſolvi febrem in die rigoris, intellegitur, niſi ſit cum alia conjuncta, aut alia adveniat, antequam finiatur, vel committatur error aliquis.

3. Adn. uōl, ut ſuprā diximus, Hipp. vult in intermittentibus numerandos eſſe dies per accessiones: unde fit, quod quartana, licet de quarto in quartum corripiat, & ideo per eos dies ſolvatur febris per hanc ſententiam; non tamen repugnat ſup-

eriori,

riori, in qua dixit reverti febrem, quæ in diebus imparibus non judicatur: quia quartana, nisi in accessione impari restè fieri nequit: quamvis per pares repeat dies. Hic verò nota rigorem verum, quantum, in se est, febrem judicare intermittentem: ideo cum superveniente rigore per circuitum non solvitur febris, neesse est hinc complicatam esse cum alia, vel continua, vel intermittente.

APHORISMUS LXIV. *Quibus per febres morbus regius, &c.*

CUM dixisset antea regium morbum reprobandum esse, cum ante diem 7. *Connexio.* advenit, nunc docet, quando laudandus sit idem morbus superveniens. *xii.*

Re ius morbus febris adveniens 7. 9. 11. aut 14. bonum, nisi dextrum hypo-*Intent.* chondrium sit durum.

Ut loeat, qui die regius morbus adveniens soleat morbum sevare, & proinde non solum *Ratio.* diem facere laudabilem crism, sed quod necesse sit pre-*intent.* cedere coctionem.

Morbus regius prædictis adveniens diebus sine duritate hypochondrii criticus est: *Demonstratio.* ergo bonus. Antec. patet, quia dies criticus ferè indicat bene moveri naturam, *Prædictio.* mollities hypochondrii dextri indicat absolutam crism, & robur jecoris, & proinde nullam in eo obstructionem, inflammationem, aut scirrum, permanisse. *Connexio.* manifestè sequitur.

Quod in parte ultima Aph. docet, non esse bonum, si dextrum hypocondrium sit durum, per quæ indicat in die judicatorio factam crism, sed imperfectam, & cum aliqua jecoris obstructione, vel tumore; unde non sufficit dies critica, nisi præcebat coctionem ad perfectum judicium; licet enim finiatur morbus per eum abscessum: remanente tamen duritate hypochondrii timor est de hydrope, hepate male affecto; hydropes autem ex acutis morbis omnes pessimos esse, & lethales in Prognosticis scriptum est, & qui ex hepate proficiuntur & lumbis, difficiles enim sunt tumores, & hypochondrii obstructions, quæ non ita facilè amoveri, & per totam vitam permanere soleant. Ceterum lib. de judic. scripsit Hipp. quod ubi febre ardente morbus regius accedit, non solent amplius exsudare; quia bilis illa, non est ita tenuis, & facilis evaporationis; alioquin posset natura eam per sudorem pelere, non inducto regio morbo per abscessum.

APHORISMUS LXV. *In febribus circa ventriculum, &c.*

CUM de morbo regio locutus esset Hipp. qui ipsius jecoris est affectus, nunc *Connexio.* de ventriculi affectione loquitur in febribus.

In febribus circa ventriculum vehementer æstus, & cordis morsus malum.

Ut non solum morbi magnitudinem per hæc signa Medicus prædicere possit, *Intent.* verum etiam locum ipsius morbi ventriculum esse comprehendat.

Morsus, & æstus vehementer circa ventriculum in febribus, magnum indicat morbum, & mali moris: ergo mala. Consegu. manifestè seq. Antec. prob. nam ex ardore magno febris magnitudo, & ex morsu malignitas comprehenditur.

Quod omnes hi Aph. cum febrem nominant, intelligenti sunt de ei, quæ continua est, quia de morbis acutis potissimum traditiones edocet, & illi cum febre perpetuò ferè junguntur. Ubi igitur vehementer æstus circa ventriculum, & morsus adest cum febre continua, timor est inflammationis, aut erisypelatis, aut vehementis ebullitionis circa os ventriculi: verum si sine febre hæc accident, superna purgatione indigere hominem supra Aph. 17. edocuit.

z. Adn. Quod æstus circa ventriculum duplēcē habet sensum. vel quod sit juxta partes costarum, & ventris; ut in Progn. dictum est, cum frigilitate extreborum; vel quod æstus sit propriè circa ventriculum. Rursus per cordis mortsum, vel intelligit propriè ipsius cordis anxietudinem, aut palpitationem; vel cordis nomine intelligit os ventriculi, nam Græcis os ventriculi, Cor appellant; si primo modo intellegas, vel per essentiam, vel per consensum id contingere posse: & si per essentiam fiat, non solum malum; sed valde malum erit; at si est in vehementem ventriculi, & illius mortsum intelligas; malum est, quia signum est aut inflammatio. nis, aut erisypelatis, aut febris ardoris, cuius causa sit in ventre ipsius ventriculi: hi sunt illi, quos in Progn. dicit Hipp. nudos habere pedes, & distractos; quamvis non sint valde calidi.

z. Adn. Quod duo illa symptomata criticè possunt advenire, & tunc ror durant, & signa coctionis præcesserunt: sunt enim vomitus indicia; at hic intelligit, quod durent ob bilem tunicis ventriculi hærentem: unde omne in anxietudinem sine vomitu damnavit Hipp. nam bilis aut in venis, aut in membranis adhæret, ita, ut non facile educi possit. Solent autem dolores, & mortus ventriculi maximè ad autumnum fieri, aliquando à mordaci humore, seu vapore, aliquando ex lumbriis mordentibus.

APHORISMUS LXVI. In acutis febribus, &c.

Conne- **C**UM in antecedenti sententia duo symptomata gravia assumpſisset ad prædi.
xvi. **c**tionem in febribus; nunc alia duo assumunt in eandem intentionem.
Incep. In acutis febribus convulsiones, aut circa viscera vehementes dolores, malum.

Ratio Ut ex symptomatis hisce duobus ad malum eventum prædicendum Medicus fun-
damentum habeat.

Dans. Convulsio, aut circa viscera vehemens dolor, in acuta febre, morbi augen-
tia magnitudinem: ergo mala. Conseq. manifestè seq. Antec. prob. siquidem hæc
accidentia acutæ febri supervenientia, vel cerebrum, vel viscus aliquod valde ex-
grotare indicant, sicut supra ex mortu, & estu ventriculum.

z. Adn. Quod febris acuta, vel sequitur aliquam inflammationem internarum par-
tium, vel nullam: de utraque vera est sententia Hipp. malum enim est, si à prin-
cipio febris cum convallione, aut magno dolore viscerum invadat: verum si sine
aliquo abscessu sit febris, seu convallione, & superveniant ista, vel ambo, vel
alterum istorum, adhuc pejus est, quia vires non ita sunt validæ, & eas superari
indicatur: Cæterum convulsionem hic in universum accidit, seu ab inanitione,
seu repleto fiant: ita etiam dolor in accipit in universum: quare dixit malum,
non item lethale: igitur convulso graviter cerebrum offendit: dolor magnus cir-
ca viscera, vel inflammationem, vel intemperiem validam esse ostendit: ut plu-
rimum autem abscessum sequitur, qui in pus vertatur: unde scripsit à diurno
partium ad ventrem attinentium dolore suppurationem fieri. Sunt item non subli-
mes, & profundi viscerum dolores, qui & circa jecur, liueni, pulmonem, re-
nes, septum transversum fieri solent.

APHORISMUS LXVII. In febribus per somnum, &c.

Conne- **R**URSUS hic sicuti in subiectis duo assumunt symptomata ad eventum in
xvii. febribus: & sicuti convulsionem in antecedenti, ita etiam hic eam assumit.

In

In febribus per somnum pavores, aut etiam convulsiones malum portendunt. *Intent.*
 Ut ex his, quæ per somnum accident in febribus, eventum morbi ostendit. *Ratio.*
 Pavores, & convulsio per somnum gravem cerebri affectionem indicant: ergo *inten-*
mala. Antec. decl. quia convulsio, ac timor, cerebri sunt affectiones, & indi- *Densi-*
cant atrum humorem, & malignum vellicare nervos, & cerebrum, & proinde fu- *bras.*
turam gravem in capite affectionem.

Quod convulsiones, & pavores per somnum pueris sunt familiares, seu ex lacte *1. Adm.*
 corruptione fumos tetros elevante, seu ob vernuum mortum, seu quod se destitu-
 tos videant, & cadere imaginentur: verum accident etiam adultis, qui cerebro
 sunt calido, humido, quos scripsit Gal. habere interruptos somnos, & imagina-
 tionibus plenos: verum cum in acuta febre accident, ut hic intelligit Hipp. tunc
 mala sunt duplicit, quia per somnum accident, quo tempore deberent homines
 quiescere, tum etiam, quia maligna febris arguitur. At dices Hipp. voluit lethale *2. Appt.*
 esse laborem ex somno, qua igitur ratione modum malum dicit? An quod intel-
 ligit hic in universum, seu in somno accident, seu ex somno, ibi intelligit cum
 post somnum accident, & durant; vel dic cum Card. hic intelligere in principio
 morbi; at loc. cit. in declinatione, vel statu, quo tempore lethale est, & non so-
 lum malum.

Quod ista duo symptomata sunt valde cognata, unde scripsit in Coic. Hipp. ti- *3. Adm.*
 morem, ac tristitiam præter rationem in convolutionem finire; ratio est, quia hu-
 mor malignus, ac teter caliginositate cerebrum feriens timorem inducit; at sua
 multitudine replens, convolutionem; quare scripsit Hipp. timere homines per
 somnum, cum repente bilis per magnas venas ad cerebrum rapitur, & ea ratione
 perturbari; verum sedari eam turbationem cum sanguis regreditur: qua ratione
 morbum fieri non est dubitandum, sanguinis, inquam, motu ad cerebrum, mo-
 petrocedentis.

APHORISMUS LXVIII. In febribus spiritus, &c.

MANIFESTA est hujus textus connexio cum antecedentibus: si quidem *Coures*
 de convulsione, & spirandi difficultate est, sicut antecedentes, & in fe- *xio.*
 bribus acutis ad prædictionem prolati.

In febribus spiritus offendens, malum est. *Intent.*

Quod Medicus prædicere possit convolutionem futuram, ac proinde malum even- *Ratio.*
 tum, ubi sequitur offendentem respirationem. *inten.*

In duas partes secatur hic Aph. in prima ponitur intenta conclusio; in secunda *Divisio*
 vero causa illius adducitur.

Offendens spiritus convolutionem in febre denotat: ergo malus. Conseq. mani- *Demissi.*
 festè deduc. Antec. decl. siquidem spiritus offendens, seu violenta respiratio, non
 fit, nisi quia thoracis musculi, & septum transversum convelli incipiunt; unde
 cerebro communicata affectione, convulsio sequitur.

Quod spirandi difficultas differt à respiratione offendente, licet communiter *1. Adm.*
 utrumque utroque nomine significari possit; difficultatis ergo spirandi præcipue
 sunt quatuor differentiæ, prima est rara, & magna, quæ delitium ostendit; se-
 cunda rara, & parva, quæ extinctionem caloris monstrat: tertia, magna, &
 frequens, quæ incendium denotat: quarta frequens, & parva, quæ dolorem,
 aut inflammationem indicat in partibus supra septum transversum. Aut offendens
 respiratio dicitur inæqualis, & interrupta, similis illi, quæ fit plorantibus pueris,
 quam Hipp. duplē intus revocationem appellat, de hac intelligit Hipp. quæ vel
 sequitur

sequitur siccitatem, vel materia motum per nervos, & musculos ad cerebrum:

Adn. Quod Hipp. 4. Acut. ex magna attractione aeris per narres convulsionem praedit, nam narium pinnæ, valde aperiuntur, non potentibus thoracis musculis complete respirationem, quod vel extremam imbecillitatem ostendit, vel convulsorum muscularum thoracis motum, non potentibus ipsis etraheere spiritum ad sufficientiam. Ex hac autem convulsione mortem praedicere docet, cum universalis futura denuncietur. Cavendum tamen, ne criticè talis fiat respiratio, & distinguenda, ut rectè praedicere possis.

Adn. Quod respiratio homine sano existente, & bene valente non sit, nisi ope septi transversi, languente vero jam facultate, thoracis musculi in auxilium veniunt; ubi autem jam imbecillior est natura, accedunt musculi, qui ad claviculas sunt, quibus operantibus, spiratio fit sublimis. Maximi autem momenti aestimavit Hipp. respirationem in acutis morbis, & ad salutem, & ad mortem; & ex illa sumunt differentias, quippe quæ firmiores sunt, & pauciores, quam pulsus.

APHORISMUS LXIX. *Quibus non sine febre, &c.*

Connexio. CUM in antecedentibns Hipp. multa declarasset in febribus ad praedictionem attinentia à variis desumpta signis: nunc ad urinas transit, & ex illis sumit multa scitu digna, & ad artem valde utilia, ac necessaria.

Intent. Quibus per febres ex urinis paucis, grumosis, & crassis, tenues & copiosæ min- guntur, prodest.

Ratio. Ut ostendat particulari urinæ exemplo, quod alibi scriptum est, prodesse mutationes, quæ non sunt ad prava: itemq; ut doceat coctionem consistet in substantie mediocritate, ac proinde non modo tenues urinas, sed crassas ex cruditate proficiunt.

Divisio. In duas partes secatur Aph. in prima conclusionem proponit intentam: in secunda vero proponit, quibus in casibus, & quando talis mutatio spectari debeat.

Demonstratio. Mutatio excrementi ad bonum, juvat; ergo quibus urinæ sunt crassæ, gumosæ, & paucæ, si tenues, & copiosæ mingantur, prodest. Antec. manifestum est, quia ex eo demonstratur naturæ robur. Conseq. decl. nam urina illa tripliciter est praeter naturam, substantia, contento, & quantitate; crassities igitur tum substantie, seu continentis, tum contenti attenuatione corrigitur; paucitas multitudine, unde etiam juvat, quia evacuat peccans materia per urinas.

Adn. Quod sedimentum urinæ, seu illud sit sanguinis pars, seu venarum excremen- tuum, seu urinæ pars crassior, quæ subsidet (parum enim refert, utrovis modo dicamus, si rationem spectes) dupliciter apparere solet in urina; uno modo perfectè, cùm coctionem ostendit perfectam, & est album, leve, & æquale; altero modo, cùm vel imperfectam coctionem, vel apparentem tantum ostendit: de quo utroq; modo intelligit Hipp. quia ab initio non solet apparere perfecta coctio; sed si appa- ret, vel necesse est illam esse imperfectam, vel fieri ob pituitæ admixtionem, quæ sedimentum repræsentat gumosum, & crassum, ac proinde dixit talem mutatio- nem spectandam esse cum tali signo in urina per febres.

Adn. Quod illud, non sine febre, significat causam illius urinæ non procatarcticam; sed morbum ipsum. Cæterum urinæ crassities ex crassitate humorum provenit; paucitas, tum ex eo, tum etiam, quia natura eo tempore magis intendit retentio- nem & coctionem, quam expulsionem. Grumosum autem sedimentum dicitur, quod ruptum est, ac divulsum, quæ omnia tentare naturam coctionem ostendunt. Na- turam namq; ea ratione, agit, qua sol post nubes tranquilitatem inducere solet; at- tenuata enim materia, & concocta, tunc ad expulsionem intenta multum educere solet.

solet. Quare & ut signum, & ut causa bonum est, talem fieri mutationem.

Quod urina ad salutem, cum bona fuerit, potentiore vim habet, quam pulsus, & respiratio, ad mortem tamen signa, quae ex respiratione, & pulsu sumuntur certiora videntur: quia aliquando per pessimam urinam crisis sit; at cum pessimo pulsu, & respiratione non item. Cum vero urinæ naturam consideramus, semper naturalem tanquam normam examinare oportet; secundò separanda sunt causæ procatasticæ: tertio, perséndendum, an ex morbis renum, & vesicæ proveniat; quarto, an critice, vel symptomaticè adveniat.

APHORISMUS LXX. Quibus per fibres urinæ, &c.

CUM de urina in antecedenti eisisset, in hoc quoque de illa sermonem habet, *Connexio*.

Eius in febribus urinæ turbatæ, quales jumentorum, is dolor capitis, vel intent. adest, vel aderit.

Ut doceat ex perturbatione urinæ in febre morbam ad caput firmari, unde & ad pro moisticum, & dignotionem, & curam cauit Medicus documentum insigne. *Ratio intent.*

Urina turbata qualis jumentorum, fervorem indicat humorum in venis; ergo capitis dolorem, vel prætentem, vel fatarum. *Democritus.*

Antec. decl. quia urina turbida mastum representat, quo lumen nondum est expurgatum, turbidum est, tentante calore in illo commixtionem partium purarum cum in urinis, ut postea separet: tali qualitate fit in corpore, quoties natura tentat coctionem, humoribus in venis existentibus, unde fit ebullitio, qua elevantur flatus, qui caput ferientes dolorem inducunt.

Quod urina jumenti unum simili dicitur, quæ albedinem quandam habet adjun- 1. *adu.*
ctum, & crassa est, & non clarescit; talis comitari solet capitis morbos, ut phrenitidem, & lethargum, & ideo scripsit 7. Epid. urinas densas, & conturbatas certam signum esse doloris capitis, convulsionis, aut mortis; nam morbos capitis dolor præcedere solet, & subsejui convulso, cum jam desperata res sit, solet autem talis urina apparere etiam in pestilentibus febribus, & cum factore. Verum perturbata urina dupliciter contingit, vel contentis solum, vel substantia, & contentis, utroq; modo vera est sententia. Nam 7. Epid. Poliphanto in Anderis urine tenues fuere, at hypostases densæ, & conturbatae, & mortuus est phreneticus. Sed dixit eo in loco, ad finem morbi apparuisse rubram urinam, ac turbatam, qualis jumenti; sed jumenti, ut diximus, albida est. An quod ex perturbatione, jamenti accipit similitudinem? Sed esse potest turbida diversorum colorum; habet etiam Ash. exemplum loc. cit. in Evalce, de sumula, cui cum multo tempore urinæ turbidæ profluiscent, phrenistica mortua est.

Quod turbata urina illa dicitur, quæ pure ponitur, & perspicue: at vero conturbari potest multis modis: nam vel turbida exit, aut postea talis fit. Primo modo, vel accedit ratione crisis, cum reliqua signa bona apparent, & tunc fit talis ob mixtionem peccantium humorum, & multa esse solet, & boni, & apparere cum jamento: vel symptomaticè appetit, & tunc vel ex causa fit externa, aut virtus rerum, & vesicæ, nam per ulceræ, & morbos earum partium urina turbida excerni solet, aut denique talis fit ratione morbi ob materię pravitatem, tentante natura coctionem, sed non assequente; quare perleverat post mixtionem turbidam: & hæc in mediocre milo longitudinem ostendit, in magno mortem. Quod si urina venit clara, sed postea turbatur, indicat imperfectam coctionem, non posse scilicet naturam eius assequi, quia ob paucitatem caloris turbatur, sed paulo post supera-

turam. At quæ turbida mingitur, sed clarescit postea, validum calorem naturalem denotat accelerantem expulsionem antequam clarescat. Hipp. igitur intelligit hic de urina, quæ per febres turbida mingitur, qualis jumentorum, & perseverat. Card. triplicem differentiam ponit in turbida urina, vel enim est turbida, vel confusa, vel concreta; primum ex ebullitione fieri, ait; secundum ex imbecillitate; tertium ex frigore dicit.

APHORISMUS LXXI. Quibus die septimo, &c.

Connexio. **S**UPRA ad prognosticum urinæ conditions protulit, quæ & à substantia; & colore, & contentis sumebantur; nunc contenta accepit, & quid ex colore sit prædicendum, docet.

Intent. Quibus die septimo futura crisis est, his urina die quarto nubeculam habet, cæteraque per rationem.

Ratio. Ut demonstret, quæ proportio sit temporum ipsius morbi, ejus scil. quo apparent signa coctionis, & quo crisis fit? & ut peciali urinæ exemplo in reliquis quoque excrementis id comprehendere possimus.

Demens. Crisis bona perfectam sequitur coctionem: ergo quibus die septima futura est *Prædictio.* crisis, die quarta urina rubram habebit nubem, & cætera ad proportionem.

Antec. prob. quia natura primo coquit, inde separat, postea expellit. Conseq. prob. quia concoctio non fit subito, sed paulatim, & in tempore, idèò in die quarta aliquod coctionis signum apparebit in urina, quamvis non perfectè, quibus septima crisis futura est, talis verò est nubecula rubra, quæ dimidiam coctionem ostendit.

Ratio. Quid dupliciter solent judicari morbi, vel ordinatum, & legitime, vel sine ordine, & illegitimè. In primis talis servatur proportio, ut tantum intervallum sit à die apparentis coctionis ad judicium, quantum à principio morbi ad illud; cum verò sine ordine, & illegitimè solvitur morbus, non est necesse servari illam proportionem, & ideo dixit, quibus crisis sit septima, rubra in urina nubecula quarta die apparebit, non è contra: ubi igitur quarto apparent signa coctionis, septima, ubi septima. 14. ubi 11. 20. morbus judicabitur. At dices Hipp. ponit 2. Aph. diem 4 indicem 7. & 11. 14. & 17. 20. igitur illa proportio non terribilitur. Dic, quid hic locutus de iudicio completo, ibi verò de quacumque mutatione valida.

Ratio. Quid expulsio solet sequi coctionem, sed perfectam; ideo licet 4. die nubecula in urina appareat, quia tamen coctionem imperfectum adhuc significat, crisis in illa non fit, sed in 7. at cum perfecta est, & absoluta coctio, ut in 7. tum statim natura separat, & expellit. Quid verò in Progn. dixit, rubram nubeculam significare longiorem morbum, non repugnat: quia si alba fuisset nubes, significaret quidem morbum solvendum statim in 4. die, at raro talis tam citò solet apparere, immo cum apparet, potius falsa est hypostasis, quam vera, utpote ex pituita crudiore facta, estque securior, si fuerit rubra, quamobrem Hipp. 7. Epid. in Charite hypostissim statim apparuisse ait multum candidam, postea etiam subrubram.

Ratio. Quid verba illa cætera pro ratione multipliciter exponi possunt: primò, ut reliqua excrementa considerentur, si correspondet in illis coctio: secundò, ut omnia signa, quoad fieri potest, Medicus speculetur, quæ in facie, corpore, & in oculis, ac toto corpore, ut in Progn. dicitur; tertio, ut consideremus morbi ejus evolutam, periodorum incrementa, ac tempus anni, & denique quæcumque dicti sunt Aph. 12. 1. Lib. num verò crisis futura sit per sudorem, aut vomitum; aut hemorragiam ex propriis signis distinguere Medicus potest.

APHO-

APHORISMUS LXXII. Quibus pellucide, & alba sunt urina, &c.

ANTEA cum de crassis urinis sermonem habuisset, nunc de tenuibus ver- ^{Connexio} ba facit, & sicuti de illis ad prognosticum in febribus egit, ita hic in ean- dem intentionem tenues, & pellucidas urinas nominat.

Dux proponuntur conclusiones, quarum 1. proponit urinas albas, & pellucidas ^{Intentio} malas esse absolute; secunda vero in phrenitide id affirmat.

Urinæ albæ, & pellucide maxime distin^t à naturalibus, ergo mala. Antec. ^{Demost.} prob. siquidem, & substantia, & colore multum distin^t à naturalibus, & quia ca- rent suspensione, unde magnam cruditatē ostendunt, quare scripsit Hipp. *in pro-* urinam longum portendere morbum, si virtus fortis sit: alioquin timorem esse, ne cum tali urina perdurare poscit æger, donec coquatur morbus.

Urina alba in phrenitide morbi magnitudinem ostendit, ergo mala. Conf. cl- ^{Demost.} rum est. Antec. prob. siquidem tam grandis est inflammatio, ut rapiat ad caput str. a biliosum omnem humorem, qui urinas tingere solet, est igitur ex supervenientibus signis, non tamen pathognomonicis, licet & aliquando malum antecedat.

Quod causæ albæ, ac pellucide urinæ multæ esse possunt, ut rectè in comm. notat ^{1. Adm.} Card. prima est cibus, & potus: secunda obstructio partium circa renes: tertia he- ^{ctica} critica ipsorum renum: quarta vehemens illorum caliditas: quinta frigida jecoris in- temperies: sexta, quia alio transfertur bilis, ut in phrenitide: septima ob lapides, unde scripsit splendidissimam urinam calculos mingere, utcumq; urina pellucida, & alba sit, mala est. Sed ub ex causa nota advenit minus mala: valde tamen mala est cum ratio ne morbi accedit, & in febre continua, de qua potissimum Hipp. loqui- tur. Rectè autem notat Vales. urinam albam, & perspicuum minus perspicuum esse, cum statim excernitur, quam cum diu retenta sit, quia primo modo non potuit mu- tari, defectu retentionis: secundò vero arguit mutatrixis virtutis imbecillitatem, nisi prima secundæ succedat, tunc enim periculosior rectè censemur.

Quod pellucida, & alba urina necessariò tenuis est, potest enim esse alba, & ^{2. Adm.} crassa, non tamen pellucida: hæc vero aliquando bona esse potest, si criticè appareat, quia humores, vel rapiuntur criticè ad caput, ut quando hæmorrhagia speratur, vel symptomaticè, ut in futuris inflammationibus: at dignoscuntur, quia critica repen- te advenit, & in bona die, & parum durat, adsuntque alia signa bona.

APHORISMUS LXXIII. Quibus elata hypochondria, &c.

CUM de urinis in antecedentibus determinasset, nunc de signo, quod futu- ^{Connexio} ras urinas indicat, demonstrat.

Hypochondrii murmur cum lumborum dolore, aut humidam alvum, aut fla- ^{xio.} tus exitum portendunt. ^{Intensio.}

Ut ex tumoribus lumborum cum prædictis signis prædicere Medicus possit ex- ^{Ratio} cretiones illas per inferna, ac perinde criticum dolorem hypochondrii à sympto- matico discernat.

Murmur hypochondrii cum lumborum dolore substantiam aliquam ad inferna ^{Demost.} descendere indicat; ergo vel humor per alvum, aut per urinam, vel flatus exibit. Antec. decl. siquidem murmur motus est alicujus substantiæ, quæ infra trahitur, vel pellitur, si cum dolore lumborum necatur. Conf. prob. quia nil aliud murmur efficere potest, quam humor, seu flatus: humor autem duplex est, & qui per urete, ras ad vesicam tendit, qui urina dicitur, & quod per intestina descendit alvi incre- ^{Quod} mentum.

Adu. Quod addidit in febribus haec fieri: quia frequentius id in febre accidit, & quia febris humores attenuat, & ad infernas partes mittit: igitur murmur illud cum lumborum dolore alvi fluxum indicat, nisi urinæ prodeat multitudo: quia, ut alibi dictum est, mictus noctu plurimus parvam dejectionem indicat; cum verò materia tenuis est, & pauca in flatum vertitur, & pellitur infra. Ceterum flatus jungitur febre cum alvi fluxu, quia ex humoribus in intestinis semper aliquid elevatur: unde flatus non solum alvi fluxus indicium est, sed causa adjuvans suo motu dejectionem: flatus autem, qui admodum graviter o'et, jam propinquas feces ostendit.

Adu. Quod per *hypochondria* intelligere oportet partes manus, quæ ad umbilicum sunt, non verò præcordia, sed ob propinquitatem hypochondria dixit. Ceterum hypochondria. Hipp. nunquam esse omittenda à Melico, sed magna diligentia contrectanda in morbis acutis, in Progn. latè temo stravit, & in Epid. semper observavit: cum magni ponderis sint a spredictionem, si bene, vel male se habeat: dolorosa enim præcordia cum acuta febre inflammationem visceris alicuius ostendere solent. Hic verò ex murmure, & lumborum dolore nihil tale colligitur, cum ita motum indicent alicuius substantiae, nec fermentur. Videlicet, febrem hic puitosam intelligere, in qua circa ventrem humores crudi sunt; aut febrem intelligere, quæ sine aliquo viscerum affectu sit; nam quæ cum inflammatione visceris alicuius sunt febres (ait Gal.) non febris nomine, sed illis peculiari Hipp. nominare solet.

APHORISMUS LXXIV. *Quibus spes est ad articulos, &c.*

Conne- **C**UM supra Hipp. de abscessu locutus sit, qui in febribus ad articulos speratur; **xio.** nunc de urinis mentionem facit, & occasionem naetus sententiam scribit circa eandem rem valde utiliem.

Intent. Quibus speratur abscessus ad articulos, liberat urina crassa, & alba, ac multa reddita, aut sanguinis fluxus è naribus.

Ratio Ut demonstret quæ ratione potissimum futurus abscessus in febribus removeatur, & quibus præcipue evacuationibus, per urinam scil. & hæmorrhagiam.

Demis- Urina multi crassa, & alba si redatur, vel sanguinis è naribus, ubi speratur **strati.** aliquis abscessus ad articulos, causam abscessus tollit: igitur & abscessum.

Conseq. clarum est. Antec. prob. nam febres, quibus speratur abscessus, ex crassi materia solet fieri talis autem est, quæ per urinas crassas elicetur, & quia multa, ideo criticè excerni est indicium. Verum sanguinis fluxus è naribus solet etiam si superveniat, multitudinem tollere, unde abscessus speratur, valde enim sunt affines morbi sanguinei ad faciendum abscessum, aut hæmorrhagiam, quæ re

epit. scriptit Hipp. *Quibus abscessus ad oculos, valde rubri secundum maxillas, & hæmorrhagici, sed & quibus ad aures fiant, fortasse autem, & abscessus ad articulos;* **Lib. 2** *Splenis elevationes, nisi in articulos finierint, aut sanguis fluat, hypochondriæ dextri contentio, nisi profundi urinæ: hic enim utrorumque interceptio.* Per quæ docet, materiam eandem, quæ facta est abscessus, ad articulos solere per hæmorrhagiam, & urinæ fluorem evacuiri, cum & sanguinis, & urinæ fluxus sunt interceptions, & futuri abscessus, & recidivæ.

Adu. Quod febres, quibus speratur abscessus, sunt illæ, de quibus antea dixit, quæ cum lassitudine junguntur, & quæ magis, quam ratio postulat, durant, homine tamen ad salutem disposito, & quibus parotides post aures fiant, & non suppurantur, & quæ nullam insignem vacuationem fecerunt, igitur adduxit exemplum in **textu febrem lassitudinosam**, qualis erat familiaris Archigenis; lassitudinosa au-

tem febris intelligitur, seu ortus ex labore precedente, non spontanea laßitudine; seu adhucatur illi spontanea laßitudo; in prima laßitudine magis speratur hemorrhagia; in secunda vero urinæ commemoratione, vel abscessus; febrem etiam laßitudinosam quartanam appellavit Lib. de humoribus.

Quod illa sanguinis effusio secundum aliquos non per se liberat ab abscessu, sed ~~z. Adm~~ simul cum urinæ fluxu, ita ut pars cruralior per urinam, tenuior vero per nares educatur. Alii volunt utramque evacuationem ex se tollere morbum, ut cum speratur abscessus ad maxillas, magis hemorrhagia cum ad articulos infernos, magis urinæ effusio solvatur abscessus, quod utroque modo intelligere possumus. Nota autem, quod non dicit, solvi quarta die necessario abscessum, sed adduxit in exemplum urinam, quæ ut platinum appetet quarta die: quia hic loquitur de acutis febribus, in quibus cum virtus valde robusta sit, solet statim ad 4. vel 5. diem materia excernere; quia si differtur morbus iam non siet impedimentum abscessus. Quamvis autem per abscessos ad articulos morbus finiatur, melius tamen per evacuationem, & certius solvitur.

APHORISMUS LXXV. Si quis sanguinem mingat, &c.

CUM multa haec tenus Hipp. de urinis dixisset, & urina sit excrementum, quod ^{Connex} potissimum ad renes, & vesicam attinet; nunc sermonem dirigit ad vesicam, ^{xii.} & renes, docens illius multas affectiones, per ea quæ cum urina excerni solent.

Mictus sanguinis, aut puris, renum, aut vesicæ exulcerationem denotat. ^{Intenta}

Ut cum Medicus hæc per urinam excerni videat, statim prima fronte formet ^{Ratio} conceptum ulceris ad renes, vel vesicam consistentis: diligenter tamen perpendat ^{Intenta} alia signa, quia urina non solum renum, & vesicæ, sed totius corporis affectiones indicare apta est.

Mictio sanguinis, aut puris, solutionem continui indicat antiquam in officinis ^{Demonstratio} urinæ: ergo ulcus vel in renibus, vel vesica. Cons. clarum: nam solutio continui ^{Strat.} antiqua ulcus est. Antec. prob. quia mictio (ait Gal.) hic significat frequentem sanguinis ejectionem, aut puris; at talis non potest fieri, quod natura totum corpus expurget, vel aliam aliquam partem laborantem, per vias urinæ; quia talis durare non solet.

Quod Gal. dupliciter glossat hunc Aph. primò, quod sanguinis eductio sit diu. ^{1. Adm} turna, & frequens; deinde quod legatur copulativè, & non disjunctivè, sic; Mictio sanguinis, & puris ulcus vel renum, vel vesicæ significat. Quamvis & sanguis, & pus (ut refert Holl.) in muliere per 4. menses cum urina fluxit, que tandem mortua est; & cum disiecta esset, inventa sunt & renes, & vesica valere quidem; sed abscessus, & pustulæ ad cor, à quo pus mittebatur, quod rodens vias sanguinem educebat, at hæc rara sunt.

Quod cum per talem mictum sanguinis, aut puris, ulcus esse possit: & in ureteribus, & in pene, Gal. vult addendum esse ulcus in renibus, vel vesica, aut in aliis partibus urinæ: sed Hipp. intentio, ut rectè notat Vales. est, ut cum quis per urinam pus, aut sanguinem frequenter mingat, colligatur statim ulcus, vel renum, vel vesicæ, quia hæ sunt potissimæ partes, in quibus manet urina, & conficitur; interim tamen addendo reliqua signa ut quæ sumuntur à dolore cum positu, considerandum, an præcesserit aliqua affectio toto corpore, vel parte, quæ talem per urinam emittat materiam: tunc enim judicare solet, & crisis fit.

APHORISMUS LXXVI. *Quibus cum urina crassa, &c.*

CONSE- **C**UM in antecedenti Aph. ex sanguinis mixtu ulcus renum, aut vesicæ collig-
atio. geret indiferenter: nunc per ea, quæ in urina apparent, docet cognoscere,
utrum ex illis laboret.

Intent. Quibus cum urina crassa exiguae carunculae; ac veluti pili exeunt, his à renibus
excernitur.

Ratio Ut ostendat à proprietate eorum, quæ excernuntur ex urinis, quòd membrum
incert. laboret ex urinariis, an renes, an vesica.

Demos. Crassa urina cum exiguis carunculis, capillis similibus propriè sunt renum indi-
cii: ergo aliunde non proveniunt. Conseq. clarum est. Antec. prob. nam carun-
culæ illæ non ex toto corpore prodeunt exusto in venis humore: quia quæ per calo-
ren venarum prodeunt à corpore, non capillis sunt similia, sed orobina. Galen,
crassam urinam intelligit coctam, ut distingueret affectionem, quæ in venis talia
producit: Nec educuntur ex vesica, quia quæ ex illa decidunt furfuracea sunt, ut
in sequenti. Vasa, aut ureteres difficile ulcerantur ob duritatem, ac raduntur.
Ergo ex renibus decidunt, qui cum sint glandulis similes, vel corrosione, vel ab-
rasione talia edunt corpuscula. Quæ verò carnositates in pene, aut loco vesica
fiunt, ulcerato loco illo, grandiores sunt carnes, nec pilis similes.

Adm. Quòd carunculae illæ, quæ cum urinis apparent, renum sunt carnes, que in fibras
pilis similes degenerant, ut patet eorum substantiam conspicienti. Colligitur au-
tem per hanc affectionem ulcus renum, aut præsens, aut futurum; & licet ex san-
guinis grumis exsaliatis in renibus carunculae gignantur, non tam en capillis similes
erunt, quia tales ex renum substantia decidunt. Gal. separat ista duo, exiguae ca-
runculas, aut veluti pilos, sed Hipp. ea conjungit dicens: quibus, dum urina crassa
est, exiguae carunculae capillorum instar prodeunt, iis à renibus excernuntur.

2. Adm. Quòd crassam urinam, ut supra dixi Gal. coctam intelligit, quia cocta urina cras-
situdinem habet, ut per hæc distingueret affectionem venarum, unctioni similem, per
quam talia corpuscula, conspicuntur, sed non cum urina cocta, sed non probatur
ea expositio, siquidem, cum hæc vel ulceratos renes, vel incipientem in illis ulcer-
ationem ostendat, non potest urina esse omnino cocta, immo plerumq; confunditur.
Nec etiam verum est, quod cum tenui si excernuntur, non excernantur à renibus,
sed quia cum crassa plerumq; accidere vidit Hipp. ideo crassam dixit urinam.

3. Adm. Quòd cum aliquando ex renis decidunt corpuscula cum urinis non dissimilia;
ideò ne fallamur, considerare oportet præcedentia signa: si enim præcessit urina
purulenta, & dolor in renibus, tunc habebis certam ulceris coniecturam, & quod
tales carunculae sunt de renui substantia: at cum non carunculae, sed pili exeunt,
recte ait Gal. quod crassorum in venis, aut renibus copiam arguant humorum, qui
bus exsaliatis, ob lentorem materiæ, fiunt isti pili: quibusdam etiam vermes gi-
gnuntur. Notat Card. Hispanum quendam, qui in omnibus excrementis, & san-
guine pilos emittebat.

APHORISMUS LXXVII. *Quibus cum urina crassa, &c.*

Congre- **CUM in antecedenti per excreta docuisset cognoscere renum affectionem :**
xio. **C**nunc per eadem morbum vesicæ ostendit.

Intent. Quibus cum urina crassa furfurosa quædam una exeunt, iis vesica scabie laborat.

Ratio Ut per hæc duo signa, urinæ scil. crassitudinem, & furfuracea corpuscula, scabio-
sisam vesicam ostendat.

Quibus

Quibus cum urina furfurosa exeunt, non nisi per abrasionem tunicæ ipsius *Demonstratio* fieri potest. ergo affectio in ea est. Antec. prob. quia in vesica non est tantus *stratis* calor, ut ex pituita talia efficere possit. Cum vero crassa supponatur urina; non est credendum per adustione in venis fieri, ut in febribus aliquando contingere solet; A renibus non solent excidere furfures, sed vel carunculae, vel pili. Cons. patet, quia si non ex alia parte decidunt, ex vesica provenire est necessarium, patientem vesicam similem affectionem, ac pati consuevit cutis, cum scabie, aut lepra laborat.

Quod scabies ista vesicæ (sicuti & cæteri morbi ejus) difficilis est curationis *Admonitio* admodum, & in ulceræ vesicæ terminari solet. Cæterum urinam Hipp. in scabiosa vesica tenacem, ac lentam agnovit; at vero Lib. de nat. hum. scripsit, eos, quibus pura est urina, & per intervalla cum furfure mingitur, scabie vesicæ teneri. At dic, in Epid. talem urinam dici, quia scabies cum ulcere erat adjuncta; sed & illud puram esse urinam non repugnat esse crassam, quia ipse Gal. naturalem urinam crassam appellari ab Hipp. scribit. Distinguere autem oportet furfures à squamis, quia hæc jam ulcerata vesicam denotant profundius.

APHORISMUS LXXVIII. Qui inopinanter sanguinem, &c.

CUM de affectionibus partium urinæ multa hactenus dixisset, & supra ex *Coniectura* fanguinis mixtu ulcus, aut in renibus, aut vesica colligeret; nunc quando *xii.* à renibus exit, explicare intendit.

Qui inopinanter sanguinem mejunt, his in renibus venulam ruptam esse significatur. *Intensio.*

Ut ex mixtu sanguinis, quod accidens non raro evenit, demonstret, quæ pars *Ratio* affectus sit: ex quo etiam, quando ex vesica aut alia causa mingitur, per coniecturam Medicus cognoscere possit.

Sanguis inopinanter mixtus proprius est rupturæ in renibus: ergo non aliud *Demonstratio* prodit. Conf. manif. est. Antec. prob. quia ex vesica ob venarum exiguitatem dif. *stratis*. facilè potest sanguis mingi, quod si ex ulcere, aut lapide ejus veniat, jam non inopinanter venit. Nec proficiscitur à toto corpore se expurgante, quia tunc non sit sine causa manifesta, neque ex affectu aliquo rerum ob eandem causam; neq; ex relaxatis, vel apertis vasis, quia tunc potius sanguinem ex urina: igitur ex rupta venula in renibus prodit.

Quod verbum illud, inopinanter, duplice habet expositionem: altera est, *Admonitio* quod sine aliqua causa externa mingatur sanguis: altera quod sine aliqua causa nota: & hoc secundo modo intelligere oportet. At dices, si ex saltu, aut vi quam rumpatur venula in renibus, erit ex causa nota. Dic, quod Hipp. non dicit, quod si ex causa nota provenit, non ex renibus decidit, sed contrarium; quod si sine aliqua causa nota veniat, tunc venula in renibus rupta significatur. Gel. sanguinem copiosum intelligit, quia ex vesica, aut ureterum vasis cum erosione potius provenit, ac multis esse non solet. Causam igitur manifestam hic significat tum illam, que extra, tum quæ intra corpus est, ut si inopinanter, nullo alio affectu se ostendente in corpore, nec præcedente exercitorum omissione fiat; nam in plenitudine aliquando, scribit Hipp. sanguinem mingit; sed sine dolore, aut febre, quæ sub causa manifesta comprehenduntur: at sanguinem mingere raro quidem, & sine febre, ac dolore, nihil malum significat, sed lassitudinem, solutionem; ac si vero sepius mingatur, & aliquid ex his accesserit, malum. Verum prædicere oportet si vix cum dolore mingatur, sive cum febre, fore; ut insuper sepius mingatur, ac ita dolores, & afflictiones quiescant; hæc ille,

APHO-

APHORISMUS LXXIX. *Quibus in urinis subsident, &c.*

Conne- **C**UM de his, quæ minguntur jam sermonem instituisset, prosequitur eam
xio. nunc, & assumit arenulas, quæ per urinas excerni non raro solent.

Intent. Quibus in urinis subsident fabulosa, iis vesica calculo laborat.

Ratio Ut demonstret hoc signo statim veniendum esse in calculi suspicionem, cum a-
in etat. renula vel affectus, vel causæ sint illius.

Demonstratio Arenula ex calculo fit: ergo si urinæ subsidet, in vesica erit. Antec. decl. quia
arenosum vel ex dissoluto topo fit, vel ex collisione calculi; at cum sit ut in subsi-
det ex vesica erit: quia subsidere hic duo significat, frequentem arenarum per in-
tervalla mictionem, quod calculi tam vesicæ, quam renum est indicium, & quod
statim subsidat, quia arenæ, quæ ex renibus veniunt, cum urina confunduntur,
nec statim decidunt. Adde, dixisse arenosum, non simpliciter arenam, per quæ
significavit, vel lapidis frustula, vel pulveris instar quiddam in fundo subsidens;
à quo majus indicium calculi, quam ab arena deprehenditur: quare ad Aph. veri-
tatem non puto necessarium addere, vel ex renibus, vel ex vesica; neque conver-
tere Aph. ut qui in vesica calculos habent, arenosum mingant: quia neque existen-
te calculo; arenæ necessario decidunt, negue è contra.

1. Adn. Quid arenas in urina non indicant necessariò calculum, seu in renibus, seu in
vesica; quamvis dispositio ad illam ex eo necessariò indicetur; nec verum est à
vesica albam arenulam, à renibus rubeam venire; cum ab utrisq; multorum co-
lorum arenas, & lapides veniant: Debet autem Medicus concurrere ad reliqua si-
gna, quæ majorem faciunt conjecturam ex dolore, difficultate urinæ, sanguinis
excretione, frustularum calculi pulsione. Rectè igitur Gal. ex mictu arenularum
colligit calculum renum, aut vesicæ, vel præteritum, vel præsentem, vel futu-
rum; licet multi copiosas arenas quotidie mingant sine ullo calculo, quia natura
eas transmittit, antequam coagulari possint.

APHORISMUS LXXX. *Si quis sanguinem, &c.*

Conne- **C**UM de vesicæ calculo in superiori egisset; nunc de illius uletere docere in-
xio. tendit, quod calculo est affine.

Intent. Si quis mingat sanguinem, aut grumos, aut dysuria labore, aut dolore ad hy-
pogastrum, pecten, & perinæum attinente, loca vesicæ laborant.

Ratio Ut per ista symptomata doceat cognoscere morbos vesicæ, ac perinde ulceræ ip-
intent. sius sicuti supra renum.

Demonstratio Læsa alicujus membra actione, membrum lædi necesse est: ergo dysuria, aut
strati. cruenta mictio cum dolore ad partes illas, morbum vesicæ ostendit. Antec. notum
est. Conf. prob. quia urinatio est vesicæ actio. Cum itaque illa stranguria labo-
rat, vel sanguinem, aut grumos mittit, necesse est illam laborare; at dolor ad
hypogastrum, pecten, & perinæum non sibi per consensum, sed per essentiam
laborare ostendit; quia situs vesicæ ad illas partes est.

1. Adn. Quid non dixit absolute, vesicam laborare; sed loca circa vesicam, quia, ait
Gal. per illa symptomata non solum male habere vesicam colligimus, sed reliqua u-
rinaria membra; ureteres scil. & renes; à quibus sanguis manare potest; at licet id
verum sit, tamen renes loca circa vesicam dici non possunt. Præterea dolor indicat
passionem per essentiam, quando perseverat, ut hic intelligit Hipp. cur ergo di-
xit, loca circa vesicam, non ipsam vesicam? Dicunt aliqui propter collum ipsius,
quod

quod non solum vesica, sed collum ipsius laborare per hæc signa deprehendatur: alii dicunt significare per hæc non solum vesicam laborare, sed ob morbi magnitudinem per consensum partes adjacentes.

Quod laborare hic gravem vesicæ morbum denotat; nam ex sanguinis, aut gravi mictu, ulcus vesicæ significatur. At quoniam si legas stranguriam, sine sanguine, non necessariò ulcus ostenditur, ideo dixit laborare, quia ob lapidem, & alias vesicæ affectiones, difficultas urinæ, & dolor at illa loca fieri possunt sed & conjunctim legis, sanguinis mictum cum stranguria, necessariò ulcus denotatur, non sibi putridum, ut in sequenti. Nota tamen, quod abdomen habet tres partes, hypochondrium supremam, hypogastrium medium, pecten infimum, quæ pilis est donata prope pudendum; perineum autem spaciū est inter pudendum, & anum, cui vesica substrata est.

APHORISMUS LXXXI. Si quis sanguinem, aut pus, &c.

SEQUUNTUR uriniorum vasorum affectiones, & sicuti in antecedente Contra
te de vesicæ morbis egit, ita nunc eam ren aggreditur, sed particularius. xii.

Mictio sanguinis, aut puris, aut squamularum cum gravi odore, vesicæ ulcerationem denotat. Intens.

Ut per hæc ostendat peculiare vesicæ ulcus idque folidum.

Sanguinis, aut puris mictus, ulcus, aut renis, aut vesicæ indicat; Sed gravis odor non nisi à vesica venit: ergo ubi talia apparent, ulcus vesicæ ostenditur. Major jam ante 75. Aph. explicata est; squamæ verò corrosionem tunice ipsius vesicæ indicant: at gravis odor vesicæ quoque est peculiaris, quia major in ea sit putredo, ut mox dicemus: igitur ubi illi apparent in urina, ulcus vesicæ denotatur.

Quod squamæ per essentia proprietatem lœsam vesicam ostendunt. Sunt autem squamæ, & majores, & latiores; quam furfures, quos scabiem vesicæ ostendere supra dixit. Sed quia aliquando per adustionem ex venis talia corpuscula, aut his similia educi possunt, ideo addidit gravem odorem, qui ulceris vesicæ est proprius: nam vesica est sentina ipsius lotii, quod graviter olet, & est valde propinqua recto intestino, & pudendis, quæ omnia ad putrefactionem sunt valde parata. Odor igitur malus vel dicitur, quia sit mediocriter, vel quia sit intense talis: primò modo apparet excrementum in omni ulcere vesicæ, & ex scabie etiam illius; at secundò modo non nisi in putrido, & folido ulcere vesicæ.

Quod locus affectus magni momenti est ad dignotionem, & curationem, & prognosticum. Nam curatio tantum evariat, quantum affectus locus variare sollet, ut rectè scribit Gal. quare Medicus semper conari debet, ut affectam partem dignoscat: id verò assequitur vel ab excretis, vel ab actione lœsa, aut dolore, vel tumore, quæ omnia Hipp. tetigit in dignoscenda vesica, vel renibus male affectis.

APHORISMUS LXXXII. Quibus in meatu urinario, &c.

CUM hactenus de renum, & vesicæ affectibus dixisset; modo de affectione ipsius penis agit, seu meatus urinarii, qui est à vesicæ collo ad glandem usque. xii.

Si in meatu urinario generetur tuberculum, eo suppurato, & rupto, & dolore, vel tumore, quæ omnia Hipp. tetigit in dignoscenda vesica, vel renibus male affectis.

Ut demonstret, tubercula: quæ in pene nascuntur per suppurationem curanda esse, & quod Medicus in talibz tuberculis suppurationem, & solutionem praedicere possit.

Facta suppuratione, & ruptione tuberculi ad meatum urinarium, causa morbi tollitur: ergo & morbus.

Conf.

Conf. clar. est. Antec. prob. quia rupto abscessu, evacuatpus, quæ erat doloris, & evanescit tumor.

Adn. Quod iste tumor vel sit in colo vesicæ, vel in pene iuso: quacumque ratione accidat, vera est sententia; qui solent tales humores suppurrari tum, quis calor debilis est earum partium, tum etiam, quia multa scatent humiditate, & quia dolor magnus est. Igitur Medicus ubi hunc tumorem viderit, a juvabit suppurationem, ut quim citò rumpatur, cum per resolutionem non soleant finiri. Ceterum tubercula, quæ sunt in meatu urinario ad collum vesicæ cum duricie, & acuta fabe, pessimi seriosit in Progn. Hipp. & solvi, si urini purulentim mingatur, albam habens subsidentiam: & eadem ratione, tollitur tumor in meatu ipsius penis. Dicit autem curari ista quam citò, quia validè sunt do'rota, & dysuria, aut scurum in faciunt, unde maximè affligitur æger. Hipp. hic non tantum voluit docere, exolvi isti tubercula facta ruptura, ex suppuratione, quam monere Medicum, non aliter id fieri solere.

APHORISMUS LXXXIII. *Mictus noctu plurimus, &c.*

Connexio. **C**UM de urina hacenus Hipp. multa, & scitu digna scripsisset in antecedentiis tibus, modò claudens librum, de urina mentionem facit, quoad quantitatem ex ea eliciens præceptum validè utile.

Intent. Mictus noctu plurimus parvam dejectionem significat.

Ratio. Ut demonstret esse corpus transpirabile, ac fluxile, sic, ut urinæ multitudo intent. alvi excrementa imminuat, & è contra: ac proinde non mirandum esse, si quando alvis siccata est, ubi præcessit copiosa urina, & etiam ut cognoscamus istas duas ex vacuationes ita se habere ad invicem, ut altera ab altera divertat quam maximè, & Medicus noxiū alvi fluxum ciendo urinam sistere possit, & è contra.

Demissio. Urinæ copia imminuit alvi excrementa: ergomictus, noctu plurimus parvam dejectionem significat. *Conclusio.* clar. est. Antec. ostenditur, siquidem ex eodem chylo, qui ad intestina transmittitur, sunt alvi excrementa, & urinæ: si igitur humor trahitur ad urinas multus, paucus remanet in ventre.

Adn. Quod urinæ copia provenire potest vel à causa externa, ut nimio potu, aut usu diureticorum; vel à causa interna, ut calore scil hepatis, aut renum, vel totius corporis exsiccatione, de quibus omnibus vera est sententia Hipp. & licet etiam multa mictio in die parvam dejectionem indicet, nocte tamen dixit, quia eo tempore maximè fit coctio, & post somnum excrementa excerni solent.

Adn. Quod potest reduci ista sententia ad omnia alia excrementa, & ad quacumque evacuationem: quia, cum corpus, ut dixi, sit undequaque meabile, una evacuatione alteram impedire solet: quare etiam sudor multus parvam mictionem, & dejectionem denotat: si tamen homo multum comedat, & bibat, multum urinæ educet, & multum quoque deficiet; sed hec non repugnant, quia supponit Hipp. copiam urinæ solito majorem esse, quod ubi fuerit, semper judicabitur pauca dejectio: aliquando tamen agnovit Hipp. morbum solvi per varias excretiones, ut sanguinis, alvi, urinæ, quod tamen raro accidit: nec eodem tempore, cum una eyacuatio alteram impedire soleat.